4. 3. 77.

4 F'.3

Digitized by Google

XXIII
Herodianus
T. II.

II

Digitized by Google



ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΑ ΟΚΤΩ.
HERODIANI
HISTORIARVM LIBRI OCTO,

E RECENSIONE
HENRICI STEPHANI,
CVM
VARIETATE LECTIONIS
TRIVM CODICVM MSS.,
NOVA BERGLERI VERSIONE,
NOTIS VARIORVM
ET
INDICIBVS VERBORVM AC RERVM,
CVRANTE
THEOPHILO GVILIELMO IRMISCH,
ART. MAG. LIPS. GYMNASII PLAVIANI RECTORE.

TOMVS SECVNDVS.

PRAEMITTITVR
DE VSV OPERIS HERODIANI.

LIPSIAE,
SVMTIBVS E. B. SCHWICKERTI,
CIↃIↃCCLXXXX.





EPISTOLA

AD

FRATREM

AVGVSTVM GVILIELMVM,

IN PAGO

GROSSPOERTHEN,

PROPE CIZAM VRBEM,

CVRIONEM

OPTIME MERENTEM.

DE VSV OPERIS HERODIANI.

Digitized by Google

Digitized by Google

EPISTOLA.

Quae multae ac magnae amandi Tui, Cariſſime Frater, fuerunt perpetuo cauſae, ſanguinis non tantum neceſſitudo, nec tantum diſciplinae inſtitutionis que cum Roſtio, Viro Divino, ſocietas, ſed et morum, ſenſuum atque ſtudiorum conſpiratio ſimilitudo que, tum amoris ac benevolentiae ſingularis redditio et veluti repercuſſus, officiorum que remuneratio et viciſſitudo: eaedem extiterunt nunc cauſae Tibi ipſi tanquam in manus palam que tradendi atque commendandi Tomum Herodiani hunc, et inſuper iſtae, tum quod noſſem, Te, quae paucorum parentum eſt vel facultatis et doctrinae opportunitas, vel voluntatis honeſtas, vel laboris moleſtiae que patientia, vel temporis atque otii laxitas, hoc tribuere Tuis liberis, ut ipſe inſtituas eos, ita que, ut nemine egeas magiſtro alio ad communicandam cum iis doctrinam plenam accuratam que, tum quod olim in epiſtola, cum Tomo primo ad Te miſſa, ſuaderem, ut cum filiis Tuis legeres illam opellam excerpendo inde ac tantum exſugendo medullam velut aliquam.

Hanc mentem meam quoniam tum temporis non vacabat longius explicare: nunc quidem id facturus, videor a Te non modo veniam impetraturus, ſed adeo gratiam initurus quandam, ubi oſtendero, quae in perlegendo libro utiliter ſpectari debeant a Te ac poſſint. Sed eidem Tecum colloquio cum interfuturi ſint omnes alii, qui legant, vel viri, ad Graecitatis adyta quaſi iam admiſſi, vel tirones, ad initia iſtius et ſacra adhuc adſpirantes atque contendentes: utrique ut videant, quae commoda ex eodem ad ſe redundent libro, operam ſimul daturus ſum, non tam, ut praeco mearum prodeam legar que rerum, quam potius, ut paulo diligentius, quam per Ephemerides litterarias fieri potuit, ſuper uſu Herodiani operis et diſſeratur et exiſtimetur, ut que conſilium, ita a me inſtitutae impenſae que operae totius, nec aliter, plenius aperiam, et leniter modo humaniter que a me removeam voces ac ſuſpiciones, prolatas illas de more et modo, quem ſequar vel finxerim mihi in explicandis et interpretandis libris.

At Tu quidem, mi Frater, noſti, perſequi me unice diſciplinam Gratí Erneſtii, cum illam, quam ex ore iſtius diu percepi auribus meis per ſcholas lectiones que non tantum publicas, ſed quoque privatas, tum hanc, quam ille editis in libris ac ſcriptoribus impreſſit, et nominatim in diſciplina et lege ſcholarum Saxoniae noſtrae, egregio illo opere et a partibus aliis, et ab ea potiſſimum, quae pertinet ad tractandos ſcriptores claſſicos. Atqui haec interpretandi ratio non amat illas ambages, illas quaſi pluvias copioſas atque inun-

dationes, quae per Notas in Herodiani opere subinde comparent. Talis amplitudo, et doctrinae scientiae que profusio potius, quam largitio atque communicatio, nunquam mihi in scholis meis adamata est et adhibita. Audisti autem et Tu me, Frater Optime, et verum me loqui agnoscis. Sed ibi discipulis modo breviter sententiam expono, et quantum satis est, ut locus intelligatur perspiciatur que, ac res eius, verba, singula cum iunctis, series, virtus rhetorica, et si qua alia. Nec abeo ibi ad aliena, manens in necessariis et propinquis, admiscens que modo affinia pauca, quae copiam ac notitiam vocabulorum iuvent.

Ab hac autem interpretandi brevitate ac veluti parsimonia discessi sane — sentis enim et ipse, Frater, — in editione Herodiani ad longitudinem et copiam prope immensam, nec tamen ita, quod mihi fingerem, sic interpretem debere versari unumquemque, ut ubique unius vocabuli notiones effundat omnes simul, Gesnerum in Latinis Schellerum ve compilando, ac domi ante horam et lectionem inspiciendo, aut in Graecis Stephani vel Scapulae Lexica, aut Collectanea, quae pararit, sua. Viderunt que recte Ephemerides Lipsicae, non debere sic omnes publicari scriptores veteres. Nec timendi sunt imitatores atque sectatores; nec volet quis alius sese protrudere in tale pistrinum, quod Illustris Heynius aliquando per epistolam ad me vocabat.

Sed a more Ernestino meo que deflexi, crede mihi, Frater Dulcissime, invitus, et hac ductus causa probabili, ut cum aliis communicarem reperta a me, dum miseria semel et molestia mihi devoranda erat illa, ut super Graecitate Herodiani, et singulis verbis, et formulis dicendi quaererem, nec id forte diebus singulis, sed propemodum quibusvis horis. Quam temporis iacturam dolens saepe, ac saepe satiatus quaerendo ad nauseam usque, duravi tamen, quoniam constantiam et in aliis amabam, meas que ipsius notitias adaugens, inservire aliorum commodis posse me putabam.

Sic ergo, mi Frater, revertor eo, unde abii, ut ostendam, quae in multitudine mea ad Herodianum sit commoditas vel Tua, vel aliorum. Μή τι συλλέγουσιν ἀπὸ ἀκανθῶν σαφυλὴν, ἢ ἀπὸ τριβόλων σῦκα;

Scilicet universum consilium in legendo scriptore prisci temporis aliquo pertinet illuc modo, ut hauriamus inde tum res et sententias, tum verba formulas que loquendi, tum denique formam quandam et imaginem cogitandi atque disserendi vel ore, vel scriptis.

Cui desiderio ut satisfacere possimus, et textum intelligere scribentis, hoc est, cogitare idem cum illo, animo que nobis fingere notiones easdem rerum ac verborum, et assumere cogitationum seriem eandem: primo requiritur textus rectus et verus, atque adeo is, qui sit aut ab ipso profectus scriptore, aut emendatus certe sic, ut isti cum veri specie tribui queat.

Hanc textus veritatem et puritatem adiuvat *critica ars* et interpres, hac arte imbutus, tenens que proinde

1) regulas criticas, vulgares illas vel interiores, quae parantur tum e libellis quibusdam, hoc nomine ac consilio scriptis, ut Clerici, ut Burmanni, tum legendis tractandis que editionibus scriptorum principibus, quae quidem nactae sint peritos Commentatores et Commentarios e genere critico, tum denique e libris singularibus Observationum in scriptores integros aut certa istorum loca,

2) acumen criticum, ut videat, quae recta, quae prava, et quibus de caufis,

3) ingenium criticum, ut in depravatis quidem locis reperiat simile quid, similem quam medicinam,

4) animum, criticae arti commodum, hoc est, a) patientem laboris in cogitando atque excogitando, item in quaerendo per Lexica et Indices cum editionum, tum librorum Observationum, — b) constantem ac firmum, qui non sit pronus ad corrigendum ubique, et fingendum omnia e suo ingenio, qui, liber a partium studio, nec vetera mordicus teneat, si absurda plane, nec nova reiiciat, si prorsus necessaria, nec subito occupetur a lectionibus Codicum novis aut virorum doctorum coniecturis, quantumvis ingeniosis ac speciosis, qui que aliorum emendationes sine ira toleret atque diiudicet,

5) usum aliquem Codicum manu scriptorum, ut norit elementorum figuras et ductus, compendiorum in scribendo rationes ac modos, sed praecipue librariorum morem alium triplicis generis illum, vel in exarandi arbitrio, iungendis separandis que vocabulis, vel in negligenter properanter que scribendo, ut peccetur in elementis singulis aut omittendis totis vocabulis versibus ve, vel denique in mutandis, novandis addendis que aut verbis, aut rebus, de industria, ad sapientiam ostendendam, vel per glossas.

Qui quidem usus et ipse comparatur vario modo, atque

1) e Codicibus inspiciendis ipsis tractandis que diutius, quae non est multorum felicitas, voluntas, patientia et scientia,

2) ex Excerptis e Codicibus, horum que comparatione cum editione quadam,

3) e libris operibus que, singulatim editis super Codicum omni conditione, ut Montefalconii, ut Mabillonii,

4) ex editionibus scriptorum tum principibus, quae dicuntur, hoc est, ductis ab initio e Codicibus, tum bonis aliis, item Observationum libris, ubi super Codicum lectionibus fit iudicium.

Iam, quanta copia artis peritiae que criticae exercendae atque ostendendae in Herodiano offerretur, cognoscere potuisti, mi Frater, e singulis fere paginis et Notis, etiam, qualem me ibi gererem. Verum, quod in iudiciis super opere Herodiano per Ephemerides litterarias mecum deprehendebas, quam parce tangerent illam operam meam criticam, cum fuisset tamen plurima et praecipua, quam emendationes, aut factas iam in textu, aut tantum in Notis propofi-

tas adhuc, raro proferrent, quam defensiones lectionum vulgatarum, in quibus et ipsis multum sudabam tamen, nullas fere memorarent: id quidem non iudicum illorum properationi tribuemus, sed potius rationi libellorum, quorum angustiis inclusi aut exclusi, tenentur defungi breviter tantum iudicandi recensendi que munere.

Quodsi igitur quaeris ex me, Frater Dilecte, quo prosit ista critica cura tam severa et multa, et quibus: habeto sic. Versatur illa pars critica in diiudicandis tum lectionibus diversis vel Editionum, vel Codicum, vel Interpretum duorum, Politiani et Bergleri, tum coniecturis atque emendationibus virorum doctorum per Notas, et deinde in propositis a me ipso quibusdam ad corrigendum ingeniis.

Hoc iudicium criticum, quo anquiritur exploratur que in partem utramque, causis allatis idoneis, quid statuendum sit de rebus istis, probandae ne, an minus, intermissum est a quibusdam editoribus, tum in editionibus minoribus, in usum que scholarum vel lectionum paratis, ut chartae ac sumtibus emtorum parceretur, aut iudicium id sibi servarent interpretantibus, aut relinquerent aliis, sive magistris, sive adeo iuvenibus, paulo peritioribus, tum vero et in editionibus maioris molis, easdem ob causas, maxime que tum, ubi facilis est optio atque diiudicatio.

Id ipsum videas, mi Frater, me secutum, ut in rebus leviculis, et per se patentibus, facile que reperiendis, iudicium ferrem nullum, ac res tales in Varietate Lectionis modo producerem. Enimvero, ubi textus constituendus, vera que invenienda lectio, et iusta sententia, interpretatio series que loci, ibi quidem iudicium istud criticum nolui omittere, et abesse in editione eiusmodi, quae princeps esset et ampla, nec solis comparata tironibus usui ve scholarum parvarum, sed etiam doctis et in Graecitate longe provectis viris.

Qui quidem cum ipsi per se possint de istis rebus iudicare ac dignoscere recta a pravis et vera a falsis: non sane docendi causa adhibita est iis critica pars illa. Sed iidem ut solent in edendis scriptoribus partem exercere istam, veniam que hanc sibi sumunt, ita eandem dare velle debebunt aliis, et legunt adeo talia iudicia critica vel ad recolendum, quae dudum novere, vel ad agnoscendum, quae alii in eo genere sentiant.

Horum ergo secutus ego consuetudinem, iuvenibus maxime volui, si possem, *thesaurum* quendam *criticum* suppeditare, ratus, non eos iuvari, si sub textum nudas proiicerem res supra propositas, varias lectiones, reliquas, et sine omni iudicio, nec aliud esse alioquin, ac si quis medicus cadaver hominis aliquod modo proponat spectandum, sed ipse postea deferat, nec dissecare instituat, nec sermone habendo iudicio que ferendo super eo alios edoceat.

Meministi vero, Frater Carissime, et Batavos, qui riderent interdum editores eiusmodi ieiunos steriles que eorum editiones, cum sine critico iudicio Lectionis Varietas et caeterae res istae superiores in lucem prodiissent.

Tum cogitaveris, Frater, illud etiam, ut diiudicandis rebus eiuscemodi nos critici exseramus ac promamus iudicandi vim, acumen, ingenium, sic quoque eadem opera iuvenes certae aetatis, legendo cogitando que secutos, suum acuere iudicium, ingenium alere, et discendis regulis criticis ac legibus loci alicuius vel emendandi, vel tuendi, animadvertenda que critici verecundia et lenitate, fieri idoneos posse ad alios libros, sacros illos et profanos, bene legitime que diiudicandos, cum non sint leges illae uni tantum propriae loco, sed plerumque universae, pluribus que communes et aptae scriptorum locis.

Nominatim vero illa pars critica, quae spectet atque enumeret errores graviores Editionum minus, quam Codicum, commissos ab operis vel librariis, praesertim in confusis litteris, syllabis, vocibus totis, praecipue praepositionibus, quantae utilitatis sit, quanti que pretii, quin memineris, Frater, non dubito. Immo legisti, qui alii tales res adeo non negligerent, ut potius summa cum cura anquirerent referrent que, vel per Indices, ut cum Cornario Fischerus in Platonis particulis, ut Reizius in Tertio Luciani Tomo, ut Alberti in Glossario N. T. At quanti isti Viri et quam docti! Quam provide, quam utiliter egerunt! Horum opera accuratio que ut saepe mihi profuit in parte hac critica: ita confido, fore, ut, quam diligentiam adhibebam in talibus erroribus detegendis atque monstrandis, eadem aliis olim profutura sit quoque, et, confecto postea Indice simili, ut reperiantur, qui, quam habeo gratiam vel vivis, vel mortuis viris, in genere hoc me adiuvantibus, eandem mihi aliquando, vel non viventi amplius, habeant; ut sensisti mecum, Frater, esse iam, qui per Ephemerides litterarias istam operam et postularint et expectarint.

Harum igitur critices partium usus vagatur maxime ad viros doctos et adultiores adolescentulos. Nam apud pueros tenerioris aetatis et in scholis minoribus haec quidem pars critica, nisi plane praetereunda sit, tamen modice parce que tantum usurpabitur, nec longo iudicandum erit sermone de locis corruptis, sed breviter fons ac modus erroris vitii que indicandus, causae et leges emendandi servandi que textus paucis afferendae, quoniam aut puerorum talium ingenium nondum est eiusmodi, ut percipiat longum iudicium criticum, aut ea opera praeripitur tempus aliis rebus, magis necessario monendis ac discendis utilius.

Et sic memineris, Frater Dulcissime, e scholis, quibus interfuisti olim, meis, brevissime semper hanc me tractasse partem criticam. Sic que Tu ipse intelligis, Tuis nunc quidem utile fore satis que, ubi cognoscant primo e diversitate ista lectionum genera quaedam praecipua, confusiones praesertim cum causis, deinde canones aliquot criticos ad emendandum vel obtinendum locum, saltem vulgares, ubivis obvios et in aliis libris legendis intelligendis que omnibus maxime profuturos.

Rem vis explicatius audire? Quoniam Te novi facilem erga me et in obsequio promtum paratum que: ibis mecum per singula.

Cum non una sit Variarum Lectionum ratio, sed quaedam earum parvi momenti, maioris quaedam aliae: ubi in extremis duas has litteras *v. N.* conspexeris, ibi digneris legere subiectam Notam.

Verum in legendis Notis, praecipue meis, muniendus est animus patientia illa cogitandi, et sustinenda quaedam molestia e continua rerum prolatarum serie. Cum enim multa dicenda essent ex instituto: ut cum lucro emtorum charta caperet multa, non solum elementorum parvitas adiuvare potuit, verum etiam haec mei scribentis cura, qua caverentur divulsae periodi nimiae atque singulares enunciationes, sed contra cogitata copularentur arctis quibusdam scribendi generibus formulis que, nec omitti possent parentheses, quibus sane interdum cogitandi series turbari, sed et cogitandi patientia intendi potest, si reputentur molestiae istius perferendae lenimenta nonnulla, excerpendi que potiora voluntas atque propositum.

Sed quae Varietas Lectionis pertinuerit modo ad errores operarum aut librariorum inanes, ea aut plane transeatur, aut sine monito legatur. Nam valet illa illius a me facta commemoratio tantum eo, ut natura pretium que Editionum aut Codicum agnoscatur; cuius utriusque rei notitia pueris certae aetatis non est necessaria.

Tum Editarum Codicum que Varietas Lectionis quaedam profert rationem distinguendi atque interpungendi. Quae quum non mutat seriem ac sensum: similiter omitti poterit. Sin erit inde seriei sensus ve mutatio, quam illa *v. N.* significabuit pariter: breviter modo discrimen e Nota repetetur, sufficiet que, monuisse haec in universum,

1) totam interpungendi rationem ac ponendi distinctiones maiores, minores, commata, cola, semicola, puncta, etiam hodie incertam fluctuare, nec habere apud multos perpetuam legem,

2) memoratas a me distinctiones interdum esse modo ad noscendum, unde v. c. fluxerint editiones quaedam, sed et in usum Berglerianae Versionis.

Porro alia Lectionis Varietas habet levia quaedam haec,

1) voces vel iunctas vicinius, ut encliticas, *εἴτι*, etc. vel contra separatas, ut negativas, *μὴ δὲ*, quarum postremum genus monebitur interdum facere aliquod momentum ad sensum et rectionem meliorem, ut in *οὐδὲ*, *οὐδέποτε*, quae necessario interdum esse divellenda, ut prius genus in encliticis hauddubie ortum e vetusta scribendi ratione in Mss., quo de post,

2) accentus alios, ut in verbis, v. c. *δράσαι* et *δρᾶσαι*, it. in substantivis, *αἰδὼ* et *αἰδῶ*, it. *κρηπιδας* et *κρηπῖδας*, it. *χώραν* et *χῶραν*, et *στρατιώτας*, pro Oxoniensis editionis *στρατιῶτας*, denique in dictionibus illis encliticis, maxime continuis, *ἐπί σε* et *ἐπὶ σὲ*, it. *εἴ τε τινὲς* et *εἴ τέ τινες*. In quo genere ut brevi monito

est opus praecepto que: sic cuique concedendum esse arbitrium suum videtur, ut et in

3) addendis omittendis ve tum *spiritu*, ut in πρoὔχοντα et προύχοντα, it. τοὐναντίον, etc. tum *iota* illo *subscripto*, v. c. infinitivorum, τολμᾷν, it. alibi, in ᾀρασθαι, it. ῥᾴδιον, πρᾷον, it. κᾀκεῖθεν, et κομιδῇ, ἡσυχῇ, in quibus postremis modo verior rectior que a nobis ostensa est scriptura et per editionem nostram adhibita, tum *apostropho*, ut in δ' et δὲ, it. ὑπ' et ὑπὸ, in quo nec certi quid esse diximus, nec sententia perdit.

Alia res est in Varietate Lectionis hae, quae tenet confusionem litterarum. Hic quidem

1) pertinent quaedam ad notitiam solam, ut simplices esse adhibitas pro duplicibus, v. c. ἀσχαλῶν, pro λλ,

2) quaedam pervertunt sensum, ut ἔμελε, pro ἔμελλε, it. ὑμῖν, pro ἡμῖν, it. προσιέναι et προϊέναι, quo in postremo genere tenetur lex illa atque animadversio communis, saepe praepositiones confundi,

3) quaedam, ut permutatio thematum in verbis, tanquam προσεδόκουν et προσεδόκων, item temporum, ut infinitivorum aoristi et futuri, ὑπακούσασθαι et ὑπακούσεσθαι, item praesentis ac futuri, μένειν et μενεῖν, suppeditant monita super rebus talibus non inutilia, primum quidem, diversa esse themata, in έω et άω, secundum autem, tempora ista esse syn., denique tertium; dissensum esse ex absentia accentuum olim in Codd.

Atque haec quidem meministi, mi Frater, pertinere maxime ad Editiones; in quibus Tua ipsius prudentia sagacitas que addet alia, hic a me non tacta atque repetita.

Enimvero in Varietate Lectionis, qua ducitur e Codicibus, prodesse Tuis pueris, atque aliis etiam, putem haec in primis praecepta,

1) olim seriem fuisse ibi omnium unam, sine intervallo et veluti intercapedine quadam, unde ista iuncta, οὐχήκιστα et οὐχἥκιστα, οὐχὅμοια, ἐξανάγκης, τηνταχίστην, κατολίγον, rel.

2) hinc fluxisse non tantum eadem aut similia in editiones primas, ut Aldinas, sed et errores librariorum lectiones que novas, v. c. dividendis aut copulandis vocibus,

3) librarios tamen inconstantes solere esse non modo hactenus, ut ista iuncta separent alibi iterum, sed etiam aliter, ut interdum simplices, interdum duplices rursus adhibeant, λ et λλ, it. μ et μμ, similiter in apostropho δ' et δὲ, rel., porro in substantivorum vocalibus ι et ει, ut ἀσθενίας et ἀσθενείας, it. in consonantibus, veluti σσ et ττ, in θαλάττης et θαλάσσης, tum in accentuum ratione, it. in contractione, προεκαλ. et προυκαλ. tum in accusativo plur., βασιλέας et βασιλεῖς, it. in τοὔνομα et τὸ ὄνομα, similiter in leni pronominis, αὑτοῦ et αὐτοῦ, denique maxime in articulo addendo, omittendo, aliter ve locando,

4) fieri talia etiam per glossas, quas glossas esse varii generis, variis que de causis susceptas, quas dispositas per classes dabimus olim,

5) praeter alia, confusas saepius esse ibi praepositiones, ut πρὸ et πρὸς, quae et interdum perierint in vocum initiis,

6) adhiberi quaedam compendia scribendi, ut ανος, pro ἄνθρωπος, it. scripturas ambiguas, tanquam μισεῖτε et ἀνειμένως,

7) peccari praeterea varie ibi, in accentibus, σπούδαιον, pro σπουδαῖον, it. in spiritu, ὀμόσαντες, pro ὁμοσ. contra que ὅρκων, pro ὅρκ. sed maxime in omittendis quibusdam, singulis vocabulis, versibus integris et pluribus, id que sine idonea causa, vel ob similes litteras et voces.

Quorum omnium exempla et deprehendisti iam, Carissime Frater, et postea deprehendes.

Haec ex parte *critica*, maxime, qua pertinet ad Herodianum. Est enim subinde etiam crisis adhibita a me atque emendatio, spectans alios scriptores, per occasionem productos, etiam v. c. ad Suidam. Unde olim, exemplo aliorum, quoque subiicietur Operi absoluto Index in loca aliorum scriptorum vel emendata, vel illustrata. Quae opera proposita est sane potius viris doctis et editoribus postea.

Sed, Frater Suavissime, aliud est porro iter ingrediendum, quo aeque libenter sequeris. Venimus enim ad mei Operis partem hanc, quam dico *philologicam*, si forte licet appellare sic illam, angustiore sane sensu, cum tracto istas grammaticae vulgaris partes duas, etymologiam et syntaxin, sed in prima etiam amplius quid, et quod est Lexicorum. Igitur in hac parte *philologica* quae videatur esse utilitas?

Aliis quidem, non pueris, dedi, quae pertinent ad verborum notionem aut rectionem variam, tum illa in fine plerumque, ubi leguntur: *confer in rem criticam et confusionem*, denique cum tetigi affinia vocabula, et raro synonymica. His enim, a me congestis repertis que inter quaerendum, utentur potissimum, qui olim Lexica aut vetera edant auctiora, aut nova concinnent; sicut et Gesneri Thesaurus habet hoc, ut ad extremum moneat de confusione vocis cum alia.

Tamen et pueris proderit haec copia nostra ad notitiam Graecitatis amplificandam, quod fit copia vocabulorum, porro quoties ditavi libellum L. Bosii de Ellipsibus Graecis, deinde ubi seriem quandam et genealogiam significationum demonstravi, aut revocavi ad pauciores principes que notiones vocabulum; quo memoriae consultum itur, et praeterea Lexicographis iterum.

Pueri autem in primis ex hac parte accipient librorum notitiam, et discent, qui adeundi sint verborum phrasium que veluti testes, fontes, fundi, et ubi, quibusdam quasi cisternis atque receptaculis,

exempla dictorum reperiantur plura. Quae notitia librorum, adiuta per Indicem in compendia nominum, iam Tomo Primo praemissum, non illa pueris sane adhibebitur ad vanam ostentationem, sed potius cum ad reverentiam amorem que talium librorum atque virorum, ubique fere laudatorum, tum ad cupiditatem eorum legendorum, cui siti satisfiet deinde e bibliothecis vel publicis, vel privatis, quas adeundo quaerent libros cognitos, cum ignari talium nesciant, quomodo utendum sit bibliothecis, quid ve per ferias et otia utiliter legendum ad notitias que locupletandas.

Memini vero, mihi sic profuisse etiam Rostium, praeceptorem olim hic Plaviae prorsus egregium. Qui cum subinde per lectiones in schola aut domi (ubi hospitem me multorum annorum, et eum interioris admissionis dignatus) nomina librorum eiusmodi philologicorum protulisset, et cum honorifica commendatione, ac me non ignarum horum dimisisset in Academiam Lipsicam, et ad viros ibi primarios: habui tunc, quos ab istis viris, aut e bibliothecis publicis peterem libros, aut quos per examina ipse nominarem cum laude, aut quos per otia recognoscerem, dum socii studiorum nil scirent, quod aut secum soli que agerent, aut responderent interrogati atque explorati.

Sed et memini de Te, mi Frater, quid instituendo in hanc partem iuvares. Cum enim ruri Tecum habuisses magna illa Beckiorum nomina, et illum in primis, qui Lipsiae nunc eminet ita longe ac praeclare, ad me duxisses simul, profectus quondam visendi ergo huc Plaviam: is Beckius, ita gnarus librorum redditus a Te, nil, nisi, ut lateret in bibliotheca mea, nec modo editiones scriptorum libellos que Observationum pervolaret, sed et horas totas legendo iis frueretur, otium sic fallens suum aliquod, et explens non exspatiando, sed animum pascendo atque nutriendo.

Itaque in Tuis quid nunc facias filiis ipsis, probe scio, vel absens, ut ex Herodiani hac parte philologica suggestam a Te notitiam librorum tenentes, non tam laudem aliquam in Academia nobiscum et principatum in plebe studiosa ferant, quam exempla secuti domestica et vestigia, quaerendo a doctoribus et e bibliothecis libros generis huiusce, versando que hos manu diurna atque nocturna, doctrinam cumulent, memores, libris hisce commoda accedere non tantum iis, qui scholarum umbris addicant vitam, sed et adeo his, qui theologorum personam suscipiant non vulgarium.

Sed, nondum, opinor, fessi colloquio nostro, Frater Doctissime, progrediamur ad Herodiani partem tertiam, quae est *exegetica*, tractans non modo Graecum textum, qua ratione reddendus sit atque intelligendus, sed quoque Versiones, quas alii dederint.

Ad textum quidem intelligendum cum requiratur rerum cognitio atque historiae: nemo lectorum omnium negligere volet allata illuc e scriptoribus eiusdem vel aevi, vel historiae, ut Dione Cassio, Capitolino, Anglis, aut qui res narratas illustrant, ut numismatum, antiquitatum, geographiae auctoribus.

Sed rerum peritiam comitetur intelligentia verborum, vel priorum, vel iunctorum, tum enunciationum, aut singularium, aut in periodum unam conclusarum plurium.

Ac structura quidem et copulatio enunciatorum cum valeat ad fingendam legentium orationem, sit que repetita partim ex usu atque auctoritate scriptorum priscorum utriusque sermonis, Graeci Latini que, partim e placitis et praeceptis rhetorum: quis tandem puerorum refugiat monita super talibus per Notas? Horum maxime scriptionem, orationem stylum que conformari oportet ac fingi.

Quanquam diu est, cum hoc non curant amplius, ut ad contexta veterum scriptorum ipsa, et istorum in nectenda oratione rationem atque collocationem componant Versiones suas Interpretes. Implicatam nimis, aiunt, veterum orationem, quae constet periodis et crebris et longioribus. Cumulata istorum, quae interiiciantur, membra, quae contineant περιςάσεις varias secundarias que enunciationes, facere Versionem languidam, ac praecipue frequentata ista participia, et genitivos istos ablativos que consequentiae. Unde rumpendas esse periodos atque divellendas, et pro corpore iusto exhibenda membra singularia, incisa, cola, breves que comprehensiones et ambitus orationis. Hunc esse nostratis linguae *genium*, indolem, ingenium, hoc praecipuum, ut brevitate commendetur, atque adeo perspicuitate maiori.

Cum Vernaculis hominibus concedam voces huiuscemodi: qui Latine scriptores Graecos reddere instituunt, non ii habent, quo purgent negligentiam in vertendo suam, et quod committunt hoc, ut deserant severitatem interpretandi, nimis que discedant a textu et velut exemplo. Servare potest Latina quidem lingua et versio, si a tropis quibusdam, et locis non adeo multis discesseris, tum rectionem verborum, tum ordinem seriem que, tum denique periodos. Et hactenus utentur lectores, et nominatim pueri aetatis maturioris, disputatis a me subinde per Notas, maxime de periodo struenda.

At vero sane muniti patientia illa cogitandi accedant, necesse est. Postulat enim longa orationis series, longum quasi filum, ac suspensus per interposita membra sensus, diducta que et instructa multis partibus atque exornata protasis apodosis ve, et demonstrata a me scriptoris ars et peritia, postulat mentem intensam cogitationem que continuam. Erit adeo et hicce fructus e libro, ut hinc quoque ad patientiam laboris et molestiae animus adsuefiat.

Sed ridere videris Tu, mi Frater, cum me vides poscentem haec severa saeculo hoc, ad omnem vergente mollitiem, etiam in rebus, quae disciplinam attingunt. Omnia nunc litterarum studiosis facilia sint et veluti prona. Omnia absque sudore parari debent et pulvere. At sinamus, Frater, suo illos vivere modo. Nostros cogemus adeo severa proficere lege patienter que et cum molestia multa.

Compensabit virtutem hanc, constantiam, fortitudinem commodum illud, ut, ad singulas voces phrases que attenti, discant Tui simul

cum aliis pueris atque iuvenibus vertendi rationem tum severam, tum variam, certe Latinae verborum copiae illam inservituram, una cum legibus ac modis, quibus deceat reddi vocabulum quodque.

Nosti enim et hoc, Dilectissime Frater, quam leves sint hodie celeres que interpretes, ut non diu cogitent de verbo, quo vertant, alio, alii respondente, proprio, vicino, sed saepe scribant numero, quod primum in mentem veniat, verum praesertim, quantopere negligant Graecarum particularum vim atque notionem.

In quam partem non admodum saepe novus peccavit Herodiani Interpres Berglerus, liber ille aliter interdum tamen, quanquam verecundus prae verere Politiano. In quorum interpretationibus diiudicandis cum opera occupetur nostra pariter: Latinae item linguae facultatem adiutam experientur pueri suam, praeterquam, quod oblectatos se sentiant, cum videant, qua arte et quasi calliditate Herodianus Latinitatem contexerit Graecis vestibus, etiam furta sua et imitamenta. Suavitas exorietur voluptas que similis isti, cum inter se certantes in locis ac rebus pingendis animadvertas poëtas, et varietatem ingenii copiam que, et inveniendi atque eloquendi novitatem.

Sed haec et alia, ut Scheidii aliorum ve Versiones locorum certorum, cognoscere non avent pueri atque iuvenes, nisi quibus magistri contigerunt boni, Rostio et Tibi, mi Frater, non dissimiles, ac quibus inditus est impressus que a prima statim aetate amor et cupiditas sciendi plura, nec tantum haec, quibus eget victus quotidianus aut institutum vitae aliquod per necessitatem summam.

Vulgo etenim nunc, ex eadem illa saeculi huius mollitie, circulos, quibus studiorum includant stadium, sibi faciunt pueri (corrupti adeo a magistris quibusdam ignavis et male prudentibus sapientibus que) angustiores, nec spectant latos, quibus colligatur scientia, campos ad percurrendum, amplexi encyclopaedias quasdam sicciores, et superficiem rerum contuiti modo, nec fundum petentes litterarum.

Cum Tuos, Frater Optime, doceas recte ac plene: ut incitamentum aliquod et quendam celeustam ad reliquum iter litterarium audias, cum praecone amoris mei in Te perpetui praesente, do Tibi, dedo, dico Herodiani Tomum hunc alterum, cuius ratio similis quidem est illi primo, quoad tractandi modum severitatem que curae, etiam in praemissis iterum *Corrigendis* et *Addendis*, quae nec Tu contemseris, nec qui hunc Tomum per Ephemerides nunciant censores, utpote spicilegium quoddam e repertis per occasionem et retractatas post prela cum spatio cogitandi longiore plagulas, quae, ut in superiore Tomo factum meministi, missae Lipsia huc Plaviam singulis hebdomadibus, effecerunt, ut in Tomum secundum hunc absumeretur annus fere. Sed fert tamen idem hic Tomus brevitatem maiorem illam, quam ipse promisi praevidi que, et Ephemerides quaedam poposcerunt, complexus quippe *tres* nostri scriptoris libros, tum Excursus et pauciores, nec ita longos.

His rebus frueris, mi Frater, memor mei, et monitus, ad tertium Operis Tomum confectos iam nunc a me libros quintum, sextum et septimum dimidium, ac, quo tempore scribebam haec, e septimo libro septimum item caput. Quos labores dum prela exercent nova: spero, fore, ut reliqua pars textus Graeci tractando absolvatur, caetera que componantur, quae Tomum expleant tertium, ac finem sic Operi imponant toti.

Sed certum quod tempus, quo succedat ultimus hic Tomus, praedicere nequeo, cum longe progredi non liceat in paucis a labore scholastico otii temporibus, maxime per hyemem, et plagulis, quae Lipsia veniunt singulae ad emendandum, prela retardantibus, et propter perpetuam quaerendi de Herodiani Graecitate necessitatem, denique quoniam longioris curae cogitationis que futurae videntur dissertationes binae in primis, tum census Codicum manu scriptorum Editionum que, tum Herodianae scriptionis imago universa.

Quandocunque Opus confectum plane prodeat: quos Indices varios expetunt Ephemerides, et ipse Tu, Frater Carissime, necessarios vides, ut reperiri possint repeti que res tractatae, dabo sane, e multis haustos plagulis, quibus illino quotidie singula, scitu necessaria.

Deum vero et Tua, mi Frater, patitur pietas et meus vult animus laudari hic palam atque praedicari, cum virium animi corporis que sustentarit integritatem et alacritatem, in primis salvam oculorum aciem in continua contentione, et declinante nunc aetate atque descendente, post vitae annum quinquagesimum septimum, sed muneris scholastici trigesimum. Dabit idem immortalis Deus mihi quidem, si salutare est, cum vita longiori finem laboris huius immensi, sed Tibi Tuis que

pro iucundis aptissima quaeque.

Ita vive, Frater Optime, cum Tuis porro, ut potes ac soles, me que ama, ut facis et scis, Te a me amari unice.

Scripsi Plaviae Variscorum mense Novembri A. C. N. CIϽIϽCCLXXXIX.

Finieram, cum addenda offerebantur duo, primum hoc, quod filius periculum fecit sculpendi in tabula aenea ad 4, 2, 12. sqq. non modo *aediculam* illam *consecrationis*, sed etiam *Pharum*, ib. §. 15. comparatam ab Herodiano. Quarum similitudo aut dissimilitudo aestimari sane poterit melius, utrisque iuxta se positis. Sculpsit autem ad imaginem aedificii apud Fabricium in bibliographia antiq. p. 368., sed turris alterius apud Montefalcon. antiqu. ed. Vern. p. 382. Tab. 126. Nr. 2.

Deinde in manus venit de primo Herodiani Tomo iudicium, factum in libello, qui inscribitur *allgemeine deutsche Bibliothek*, ubi 90 Band. 1 Stück S. 204. auctor, sive potius artifex, bilem et virus

sic effudit, ut nemo antea. Cuius ego hic modo referam ista, quae falso et per iniuriam dixit. — *Die drey Handschriften — sind die* besten *Hülfsmittel*, welche *gebraucht worden sind* (?) weit *unbeträchtlicher* ist *Berglers* Uebersetzung (?) *Aber* durch *den* Gebrauch *dieser* Hülfsmittel *hat* Herodian *selbst* nichts *gewonnen* (?) — *wenn* man *einmal* in *die* Noten *blicken* will, *und* sich *da* plötzlich *in* einen *unabschbaren* Wust (?) *von* Druckfehlern (?) — *Abbreviaturen*, und *tausend* andern (?) *nichts* aufklärenden (?) *Dingen* wie begraben *sieht*. — Hr. Irm. *bleibt* der *alten* orthodoxen *Kritik* so *getreu*, wie *z. B.* Hr. Fischer *in Leipzig*, und *zur* Vertheidigung *einer* alten *Lesears* wird *alles* aufgeboten, *was* Aehnlichkeit *hat* oder *nicht* (?) — Zahlreiche *Erläuterungen* von *einzelnen* Worten *und* Redensarten, *sind* noch *am* Ende *als* Excursus *angehängt*, die *mit* der *kleinlichsten* (?) Weitschweifigkeit *für* Schüler (?) *abgefasst sind*. — Quid igitur? Censor hic certe properavit, impatiens que et legendi et videndi et cogitandi, atque ira impeditus, adeo se criticum non praebuit talibus effatis, adeo falsa suopte confinxit ingenio, adeo sua omnia sine rationibus et argumentis exemplis que profudit, ut silentio in posterum praetereunda sint ac negligenda, si qua de Tomis operis reliquis iudicaverit.

Et poteram celare viri istius totum stomachum illum iam nune Te quoque, mi Frater, et alios, in quorum notitiam ille libellus non venturus est, nisi erant, qui, me prorsus ad ista tacente, putarent, illum aliquid dixisse, cum nihil dixerit, vicisse illum, sed me iacere. At enim stamus adhuc, et porro stabimus, muniti non tantum veritatis clypeo, — mendacia vanitatem que perosi, — sed quoque lenitatis aliquo radiantes decore, contenti item rectorum consiliorum conscientia, et apud iudices idoneos honore quodam. Tu quidem, Optime Frater, in memoriam videris mihi revocare illa Nostri 4, 14, 9. et veterum Comicorum affinia haec,

Ἀνδρὸς, τὰ προσπίπτοντα γενναίως φέρειν,

et

Νίκα λογισμῷ τὴν παροῦσαν συμφοράν.

Addebam Plav. d. XV. Decbr. anno eodem.

CORRIGENDA ET ADDENDA.

A. p. 2. l. 25. ἐν ſine ſpiritu eſſe debet — p. 4. l. 24. alibi, cf. Diod. S. 2, 149. l. 25. δ. μέσ. τῶν αἰχμαλώτων ἐβάδιζεν. — p. 6. l. 18. cum π. y. Hoog. Op. p. 1078. Nr. 7. p. ſq. e. Ael. V. h. v. π. et ὅς, Fi. Ae. 2, 26. i. eo Xen. Cyr. ex 5, 2, 5. ὅ τί ποτε εἴη ταῦτα, Th. V. 1. p. 275. i. ὅ, τι ποτε λ. quaenam *illae* rcs *eſſent*, quocum Stp. in m. aliquid ſaltem dedit, — p. 10. l. 5. αἰφνιδίως xx — ib. l. 7. v. N. xx) αἰφνηδίως ed. Lu. mendoſe. — ib. l. pen. Capit. de Vero — p. 11. l. 31. it. Dd. S. 2, 161. l. 42. p. ſq. l. 30. — p. 12. l. 21. poſt 99. add. „et ap. Polb. 2, 576. i. ἐγὼ δὲ διαδεξάμενος τὴν β. *huius* ego *regnum* ut *ſuſcepi*, ſine Ind. (ubi modo formula ſyn. διαδ. τὰ πράγματα,) it. p. 726. m. — p. 14. l. 27. Dem. 444, 6. 480, 19. ſq. et cum ὑπὲρ 569, 17. it. cum adi. noſtro ib. Ind., cui add. 174, 5. 7. 387, 11. 479, 27. 481, 10. ſed — p. 15. l. 3. colon fiat in apice poſt φιλεῖν· h

B. p. 19. l. 10 *foribus*" cf. 7, 12, 13. — ib. l. 19. conſeq. — ib. l. ult. ὂν — ὄντα — p. 24. l. 15. *cunctamini*, cf. Dem. ſine Ind. 102, 11. 138, 13. τί μέλλομεν; — ib. l. 35. Bach. — p. 26. l. 17. *adeſſe*, ſed alio ſenſu ib. 2, 238. l. 12. τῶν ἐ. σ. προσιόντων, *qui* ipſorum *in* ſal. *ad* eos *accederent*, cum ſine Ind. ap. Luc. 1, 709. l. 41. ἐ. σ. ſalutis *cauſa*, — ib. l. 22. pro ſibi leg. ſiti — ib. l. 33. Dion. Caſ. it. Liban. ep. 11. i. κεῖται γὰρ Ἀρισταίνετος, *hic* enim *ſepultus* iacet *Ariſtaenetus*, per terrae motum, ſed cum —

C. p. 35. l. 15. Polb. ſed cum Stp. ad Herdt. 459, 36. 39. δ. κήρυκας, — p. 46. l. 34. etc. cf. in συμβ. τὰ ἄρ. 1, 4, 9. τὰ ἄρ. σ. variatum non tantum ordine, ſed et adiuncto σωτ. a Noſtro de ſuo, nunc demum mihi repertis ap. Herdt. ſine Ind. 616, 7. συμβουλευομένου ἂν συμβουλεύσειε τὰ ἄρ. *ei conſultanti* optima *conſuluerit*. — p. 47. l. 1. dele comma poſt ὡς — ib. l. 2. ὑπὸ —

D. p. 49. l. 10. poſt cf. add. „ſine Ind. Polb. 1, 35. i. f. 1, 59. i. Abr. — p. 50. l. ult. *Staatsverwaltung*, cf. ſubſt. cum alia praep. ap. Liban. p. 18. l. 7. τῇ περὶ ταῦτα ἀρετῇ, *iſta* in *bis* talibus *ſolertia*. Denique. — p. 52. l. 31. poſt alibi add. „(1, 17. 10. in ἐπῶν τοσ. variato per ordinem) eodem — p. 56. l. 15. poſt πεπειρ. add. „cf. Thuc. 408, 2. τῇ προσδοκίᾳ ὧν πείσονται, *expectatione* cladium, *quas* eſſent *accepturi*. — ib. l. 32. poſt 120, 7. add. „it. Phil. p. 307. A. e. μὴ μέλλοντας καὶ βραδύνοντας, ἀλλ' ὑπερβάλλοντας τάχει. — p. 57. l. 35. πανδ. et in ὁμ. προθυμ. ad 3, 6, 16. — ib. l. ult. ſyn. cf. Di. H. S. T. 1. 389, 35. παραδιδόντας σφᾶς αὐτοὺς ὑμῖν δίχα τῶν ὅπλ. inermes *ſe* vobis *dederent*. — p. 60. l. 40. ſubſt., ut ap. Dd. S. 2, 249. l. 37. ἐταράττετο τὴν ψυχήν, at — p. 63. l. 14. e P., nihil monens de rectione cum diſerta pr. μετὰ, iuncta peculiari ratione et in notione ordinis, cf. Call. Iov. v. 36. Mul. v. 135. Iſ. Ev. Xen. Cyr. et Bach. ſed ſine Ind. ej. Ἀνβ. 3, 1, 45. 4, 6, 10. cum Poſſ. Sy. p. 249. m. Rs. O. V. 7. Iſ. ſed cum acc. perſ. eodem aliter Hom. Ind. in N. it. Herdt. et Wytt. Pl. tum in εἰ μετὰ cum gen. perſ. i. q. εἰ περὶ λ. Rs. O. V. 6. porro in rem crit. Eur. Phoen. p. 534. b. Diod. S. Fi. Pal. p. 122. N. c. e. tum de vi in compoſſ. Gat. Adv. et Abr. ad Ae. V. 2.

E. p. 66. l. 10, alibi, cf. 1, 9, 2. i.) et — p. 67. l. pen. Luc. Rs. O. V. 4. Xen. Bach. Thom. M. ſed cum pr. πρὸς et gen. perſ. ſine Ind. ap. Herdt. 371, 80. 566, 12. ſed Sch. — p. 70. l. 31. ſqq. leg. ſic: Di. H. S. T. 1., cf. infra ad 7, 1, 21. ὑπατείας, ſed ſemel in Polb. Ind. 2, 28. i. cum liberrima Vs., ut in ſyn. formula ap. Ioſ. 2, 410. m. τὴν ὕπατον δεδεὺς τιμὴν, *eum* conſulem *declaravit*, ad quae N. „i. e. τὴν ὑπατικὴν τι-

μήν. Sic ap. Herodi. habemus τὴν ὕπατον ἀρχ.“ et praeterea cum al. subst.
rei aut perf. Call. Theogn., at nominarim ut epitheton deorum, Apol-
linis D'Arn. An. Cr. it. Iovis V. Eur. Hipp. Diatr. it. Dianae Dem.,
porro cum gen. perf. Hom. Orph. ubi et absolute, ut ap. Luc. τὰ Ὕπα-
τα, pro nomine loci proprio, et in re musica ὑπάτη Dd. S. cum L. Bos.
Ell. Suid. 3, 535. i. Hsy. 2, 1452. m. et pro ὑπατικὸς Caf. ad Suet. Dom.
c. 15. ut scriptores — p. 73. l. 22. quae operae inter corrigendum trans-
posuerunt tribus versibus, sic reparanda sunt„ reddens adeo primo adv.
intra articul. et nom. per adi. et neutr. adi. per subst., deinde, praeter
pron. aliud possess. ὑμέτερον e P., adiunctum gen. in regimine per parti-
cip. abl., sed ut sic praep. eius pendeat a pr. nom. δ., non sq. τ., nec
tamen fere aliter lieuerit, cum severa ratio hic non procedat. — p. 75.
l. 40. post *pron.* add. „sed Hom. Ἰλ. ϛ, 299. τῷ ἄλλῳ, *cum* alio *quovis*,
Dem. —

F. p. 83. l. 14. φαίνεσθαι, sed L. N. T. Schw. p. 720. N. 1. e. „sic
Herodi. 2, 3, 15. ἀχ. ὀνομ. *ingratus* animus *est*.“ — p. 87. l. 9. uncum
adde post rel.) in — ib. l. 40. A. et cum praep. alia ap. Heliod. p. 133.
e. μὴ οὕτω ποτὲ πάθος ἰσχύσειν, ὡς μνήμην τὴν εἰς τὸ θεῖον ἐκπλῆξαι. — p. 88.
l. 19. in οὐ cum — p. 91. l. 7. *interesse*“ (quod — ib. l. 8. T. 2. it. Polb.
cui add. E. L. 25. f. 2, 573. e. τὰ διαφέροντα τοῖς ἰδίοις πράγμασιν, *quae*
regno *suo* sint *accommoda*, coll. syn. p. sq. i. συμφέροντος λ. — ib. l. 10.
leg. 126, 40. et Dd. S. 2, 322. l. 65. sine Indd. at Ind. Luc. — ib. l. 22.
Fi. The. b. m. sed ap. Dem. sine Ind. cf. sine artic. 57, 5. 1410, 15. tum
plene καθ' ἕνα ἄνδρα 278, 12. — p. 95. l. 5. μικρ. λ., cf. infra ad 7, 3, 17.

G. p. 100. l. 39. Ad 2, 4, 1. Leisn. — p. 105. l. 45. Herdt. (ubi et
sine Ind. cum gen. perf. 372, 5. οὐ βουλομένους ὑπηκόους εἶναι Δαρείου, *Da-
rio* parere *recusantes*, ubi e glossa est Var. L. dat. Δαρείῳ, cf. sine V. L.
ib. 572, e. τῶν Λακεδαιμ. ὑπήκοοι) et Xen. — p. 106. l. 10. provinciales,
cf. Polb. 1, 285. m. πόλιν, μὴ οὖσαν ὑπήκοον Ῥωμ. — p. 108. l. 26. in m.
Ms. Bg. — p. 109. l. 19. sqq. et syn. Polb. 2, 728. m. καὶ κοινῇ, καὶ κατ'
ἰδίαν, — ib. l. 34. nominatim ad nostrum adi. — p. 110. l. pen. *ingenium*,
(expleto sic ad neutr. illo subst. ἦθος, quo de cf. §. 2. N. e. ad εἴς τε τὸ
κοσμ.) sed solum τὸ πρ. cum gen. al. Fa. Aes. ut nudum adi. in L. N. T.
Xen. Z. Pol. et Cyr. at sine Ind. Bach. Sy. 1, 10. If. Ev. ut cum acc. el-
lipt. πρᾶος τὸν τρόπον, sed cum praep. etiam Dem. et in rem critic.

H. p. 115. l. 20. Stp. Th. cf. Xen. Ἀνβ. 7, 3, 26. ὁ δὲ ὑπέσχετο —
τῷ στρατηγῷ τετραμοιρίαν καὶ γῆν, ὁπόσην ἂν βούλωνται, — p. 116. l. 6. ubi
Sch. — ib. l. 21. post 20. i. add. „Caeterum P. deserit quoque Sch. in
ποις *in* aliquot *annos*“ sed in v. ἐπ. cum Bg., ubi praep. cum subst. tem-
poris valet pro nostro *auf*, et Lar. *per* f. *usque ad*, cf. 7, 2, 19. — p. 117.
l. 38. post *formae*. add. „Caeterum huc sine Gr. e P. respicit Heinecc.
Antiq. Rom. p. 246. i. „paucissimi sane Principes Helvium Pertinacem
imitabantur qui Imperatoriis possessionibus nomen suum inscribi prohi-
bebat, non esse illas dictitans imperantium proprias, sed communes Ro-
manorum et publicas. Herodi. 2, 4, 11. — p. 118. l. 45. allatam, it. a
Poss. Call. p. 670. i. quibus — p. 119. l. 29. v. ἰλ. ubi add. 196, 7. 14. —
p. 121. l. 32. (quem -- laudarat,) ubi et huc respicitur sine Vs., Hemsth.

I. p. 131. l. 18. Diod. S. cui add. 2, 238. l. 28. — ib. l. 19. leg. 237.
1. 262, 5. it. Ios. 2, 371. f. 6. m. — p. 134. l. 12, omittit, cf. 1, 6, 1., sed —
p. 137. l. 18. Krg. cf. ap. Polb. sine Ind. 2, 279. m. κατὰ μὲν τὸ παρὸν —
πρὸς δὲ τὸ μέλλον λ. in *praesentia* quidem — *in* posterum *vero*, it. p. 726.
i. κατὰ τὸ παρόν, in *praesentia*, (opp. sqq. εἰς τὸ μέλλον et p. e. τῆς εἰς τὸ

Digitized by Google

μέλλον ἐλπίδος,) it. 741. f. 100. e. it. ap. Di. H. S. 491, 26. — p. 141. l.
31. in v. *γ*. Zof. 5, 9, 6. *εἰς βαθὺ γ. ἦν προελθών*, Luc. —

K. p. 145. l. 46. fine Ind. ap. Herdt. 617, 34. *ἐπ. ἦν, μὴ λ.* it. 477,
36. *ἐπικίνδυνός ἐστι αἰεί κοτε ἡ Ἰωνίη, ἡ δὲ Πελοπόννησος ἀσφαλέως ἱδρυμένη*,
Ionia quidem *semper* obnoxia *periculis* est, *sed* tel. Thuc. — p. 148. l. 8.
Ionia quidem *semper* obnoxia *periculis* eft, *fed* tel. Thuc. — p. 148. l. 8.
ὄντας, cf. fine Ind. iterum ap. Xen. Ἀνβ. 7, 6, 11. *πάντα μὲν ἄνθρωπον ὄν-*
τα προσδοκᾶν δεῖ, Th. V. 2. p. 429. i. homini *nihil* non *expectandum est*,
Char. 71, 8. *θάνατον μὲν γὰρ, ἄνθρωπος ὤν, προσεδόκων*, Vs. p. 83. l. 16. mor-
tem *equidem* exspectabam, *qui* mortalis *fum*, fed melius D'Orv. p. 394. e.
„homo *natus*. Eur. Hipp. 472. *ἄνθρωπος οὖσα*" *cum* fis *homo*, in Vs. Barn.
et Valk. fed fine N., tum fine Ind. Herdt. 17, i. *τὰ πάντα μέν νυν ταῦτα*
συλλαβεῖν ἄνθρωπον ἐόντα, ἀδύνατον, fed *haec* omnia *confequi* hominem,
impoffibile eft, immo *igitur* omnia *quidem* haec *fimul* accipere *hominem*
natum, *impoffibile* f. *fieri nequit*, it. 534, 36. *εἰδέναι δὲ ἄνθρωπον ἐόντα, κῇ*
χρὴ τὸ βέβαιον, δοκέω μὲν οὐδαμῶς, *fcire* vero *aliquem*, quum *fit* homo,
qua ratione quid *firmum* effe *oporteat*, nequaquam *arbitror*, Abr. Dl. —
ib. l. 14. *πεφυκότι*, et cum Vs. Th. V. 1. p. 3. i. *homini*, prout *eft* a *na-*
tura, fed — ib. l. 27. *infidias*, fed fine Ind. Di. H. S. T. 1. 428, 9.) ubi —
ib. l. 35. *dixit*, it. Polb. 2, 311. i. *τοῦτο ἐμὸν μὲν οὐκ ἦν ἔγκλημα*, *mea* in
eo nulla *profecto* culpa *eft*, et fubft. — p. 154. l. 9. iram et timorem —
p. 158. l. 35. *corripere*, it. 2, 162. l. 97. *ταρ. κατειχ. τοὺς* — p. 159. l. 22.
quaerebantur, fed in v. fqq. fimul illud The. Fi. 14, 2. *τοῦτο ζητοῖεν*
καὶ μὴ δύνασθαι εὑρεῖν, nobiscum —

L. p. 170. l. 25. Suid. cum Poff. C. fed phyfice — ib. l. 26. Dion.
H. S. T. 1. Iof. Gat. ad Ant.) fed de — ib. l. 28. *animi*, tum *τὸ εὔηθες*
ap. Epict., ut fyn. fubft. *εὐήθεια* ap. Suid. Hfy. Iof. cum Thom. M. p.
301. N. 3., copulante — ib. l. 34. dele comma poft appofitione — p. 171.
l ult. illi 2, 3, 9. e. fine Vs. — p. 172. l. 37. *π. δ. ὀψ.* — p. 173. l. 11. T.
1. Herdt. 623, 20., *ἄχρι* — p. 178. l. 45. formula, (nifi poft ap. Polb. fine
Ind. 1, 313. m. *κ. δὲ τὸν α. κ.* *fimul*, una cum his, *κ. δὲ τὸν κ. τοῦτον* p. 675.
e. *eodem* etiam *tempore*, at 2, 364. m. f. 5. i. eo *tempore*, tum p. 588. e.
ἔτι κ. τὸν κ. τοῦτον, per Latt. eadem, at p. 735. m. *per* idem *tempus*, et
p. 762. m. per Vs. liberrim., porro *κ. τὸν κ., ἡνίκα λ.* p. 598. m. it. *κ. τὸν*
κ., ἐν ᾧ λ. p. 714. m. it. *κ. δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους*, *per* idem *tempus*, ib. 1,
695. e. f. 96. i. at p. fq. e. *κ. δὲ τοὺς αὐτ. καιρούς*, per Vs. liberr., fed ea-
dem 2, 30. m. *eodem* etiam *tempore*, it. p. 453. e. *κ. δὲ τοὺς κ. τούτους*,
fub *idem* vero *tempus*, et in media oratione ap. Iof. 1, 537. l. 9. *κατ' αὐ-*
τὸν καιρὸν, *fub* idem *tempus*, fed rurfus ap. Polb. 1, 200. l. 9. per fyn.
praep. *ἐπὶ τοὺς αὐτ. καιρούς*, *ad* eadem *tempora*,) fed affini — ib. l. 46.
tempeftate, Dd. S. 2, 455. l. 32. *οἱ δὲ — κατὰ τὸν αὐτ. χρόνον*, *circa* idem
tempus, it. Thuc. 265, 22. *κατὰ δὲ τὸν αὐτ. χρόνον, καθ' ὃν ταῦτα ἐγένετο*,
per *idem* tempus, *quo* haec *gerebantur*, ff. Ev. — p. 179. l. 16. Eutr. Met.
(cui add. ib. e Xiph. 256, 40. *οὐαλέριος — ἀνὴρ ὑπατευκώς*, vir *confularis*,)
alium que — p. 187. l. 19. alibi, et ap. Polb. fine Ind. 2, 723. e. *μετέω-*
ρος ταῖς ἐλπ. γενόμενος, fpe *elatus*, it. p. fq. e. *μετέωρος ἐγενήθη ταῖς ἐλπ.*
inflari *vana* fpe *coepit*. — ib. l. 45. poft l. 4. add. „fed ap. Phil. p. 2. E.
e. *τῷ δ' αἰσθητῷ γένεσιν τὸ οἰκεῖον ὄνομα ἐπεφήμισεν*, de *fenfibili* vero *gene-*
rationem tanquam *proprium* vocabulum *praedicat*. — ib. l. pen. lege fic
deinceps" fed vulg. lectio fit difficilior, repugnet que etiam Ms. Ve.
denique etfi *καὶ* per fe ob pr. litteras fimiles elapfum, tamen ob eas ipfas
faciat ingratum concurfum in *κεῖμαι καὶ*, quem librarius et alibi inducit,
cf. 2, 7, 3. nec Nofter refugit. — p. 192. l. 33. *ἄτε* —

Digitized by Google

N. p. 194. l. 43. claudere, (quod hodie etiam — p. 195. l. 26. Ind. 473, 5. it. Xen. Cyr. 4, 5, 47. εἴ τι δέοι — p. 197. l. 8. nobiscum, pro τοῦν. rel., v. N. — ib. l. 15. nominativus Mss. non — p. 200. l. 13. Phoe. it. sine Ind. Dd. S. 2, 214. e. — p. 201. l. 30. p. 45. e. it. Ios. 2, 429. i. καὶ ἔστιν ὁ κωλύσων οὐδεὶς, *nec* est *qui* prohibeat *quisquam*, nemine — p. 202. l. 33. αἴτιος, cf. sine Ind. Di. H. S. T. 1. 537, 25. ἦν τὸ ἐν τοῖς πολλοῖς εὐτυχεῖν σφαλερὸν ἀνθρώπῳ χρῆμα —. αὐχήματός τε γὰρ ἀνοήτου πολλοῖς αἴτιον γενόμενον, λανθάνει καὶ ἐπιθυμιῶν ἀρχηγὸν λ. ubi, si lectio salva, fuerit ergo neutrum tamen; ducente — p. 204. l. 10. Ael. V. h. et Ios. cui add. 2, 362. f. 5. m. sed —

O. p. 211. l. 16. speraveris, cf. Abr. ad Ae. 1, 363 m. „ἀποπεσεῖν τῆς ἐλπ. fuerit ψευσθῆναι τῆς ἐλπ. quod Thuc. — ἐκπεσεῖν τῶν ἐλπ“ cf. Dd. S. 2, 182. l. 31. it. ap. Polb. Ind. „διαψεύδεσθαι τῶν ἐλπ. excidere *spe*“ cui add. ib. 2, 727. e. διαψευσθεῖσα τῶν ἐλπ. ἡ σύγκλητος, frustrati *patres* sua *spe*. — p. 214. l. 14. Scyrhone“ dum per analog. modo scribitur, cf. ad 7, 15, 11. — p. 216. l. 41. et 44. leg. maiusculis elementis P. N. C. — p. 217. l. 26. quoque cum dat. *provinciae*, — ib. l. 30. Fi. 38, 5. κ. ὃν χρόνον, ut Phil. p. 748. F. i. sed 763. e. ut hic, it. L. N. T. Schw. p. 732. N. hinc „*quo* tempore *dicta* illa *Romae* fiebant, *Syriae* Niger *praefuit*.“ — ib. l. 40. attribuit ei praesidi Phoenicen — p. 223. l. 14. ambigue, sed ordinem — ib. l. 22. e Thuc. habetur sine Ind. —

LII. p. 898. l. 13. nihil reperi, nec in analog., praeter laud. ad 3, 12, 23. in ἀπ. cum πρὸς, nisi ap. G. Th. *respondere*, cum adv. aliquo, v. c. *acute*, it. „congruenter *respondere* Vlp." -- p. 899. l. ult. iterum, it. in formula per analog. ἀποθ. λ., ut Dresf. de V. med. Fi. p. 208. i. sub „ἀποτίθεσθαι, proprie *a se deponere* aliquid" rectius, quam Woll. ib. p. 102. e. hinc „Romanum *sibi* deposuit *paludamentum*. Sequitur illic ἠμφιέννυτο, i. e. sibi *induit*" cf. 3, 5, 11. e. in *Addend.* ad p. 570. l. 41.-- p. 903. l. 25. Ern., variata per copiam priori formula per v. privum σκ., cf. Hsy. σκάπτει, ὀρύττει, sine N., in quo Stp. Th. hinc fere cum P. „si *quid* fodiendum *foret*, primus *fodiens*" hoc sensu militari dum non amplius reperi, sed tantum domestico, de agris, vineis, hortis, cf. L. N. T. cum Kypk. T. 1. et Raph. Luc. Geop. Fa. Aes. Plut. Ktg. Xen. Cyr. sed Bach. 19, 4. ἐξορύττοιτο τὰ σκαπτόμενα et mox ὀρύττουσιν, tum Rs. O. V. 4. cum pr. ἐν ἀμπελουργίᾳ, at Phoc. cum abl. instrumenti δικέλλῃ, tum σκαπτῇ ὕλῃ Herdt. et σκαπτῆρ ad Moer. -- p. 904. l. 27. σῖτ., ex analog. forsan Lat. cf. G. Th. „*mensa*, -- prandium, coena, -- tenuis" it. *vilia alimenta*. Sed -- p. 907. l. 37. facilia," cf. G. Th. 585, 90. sq. p. l. 6. „*faciles* -- *cibi*, i. facile comparabiles s. paratu faciles, -- *facilis* -- *maza* Grat. i. parabilis" e qua analog. fuerit quoque adiunctus dat. pers. cf. ib. l. 34. Caeterum recte Leisn. in Ms. Bg. cerussa signarat comma ante *etiam* -- p. 910. l. 19. ὁμ. (cf. Dem. -- ib. l. 29. Ell., quod peculiari ratione iunctum cum formula rel., ex analog., cf. Fa. Aes. 68, 3. ὑπ' αὐτῆς ὅτι μάλιστα φιλεῖσθαι, sq. syn. στέργουσα, it. per syn. praep. Hom. 'Ιλ. β', 668. ἐφίληθεν 'Εκ Διὸς, *dilecti fuerunt* a *Iove*, tum per syn. dat. Call. Del. v. 270. οὐδέ τις ἄλλη Γαιάων τοσσόνδε θεῷ πεφιλήσεται ἄλλῳ, neque *ulla* alia *terrarum* tantopere *deo* amabitur *alii*, tum de med., tacentibus lib. de V. med., sensu pass. per fut. cf. Hom., ut per aor. 1. D'Orv. Ch., sed sensu med. Hsy., etiam v. ἀφ., Suid. Lyc. et pro amice excipere Orph. tum de act., praeter notionem pro solere in Exc. ad 1, 2, 8., cf. pro amare Poss. Sy. So. Ai. Mus. Theogn. Plut. Krg. at cum περὶ κῆρι Fi. Ae., sed pro nimis amare Kypk. T. 1., tum pro osculari Raph. Fi. The. Xen. Cyr. cum Gs. Chr. sed in varia L. N. T. Hom. Hsd. Call. Harl. Chr. P. Poss. Ca. Dem. Ael. V. h. Luc. Plut. Hs. Xen. Z. Pol. Mem. S. et Bach. ubi et in differentiam ab ἐρᾶν, ut a κύειν ap. Ammon. Sic et de suo Nostro sq. ἴδαυμ. cum ὡς et nominat. cf. 2, 14, 3. -- p. 912. l. ult. Hs. per analog. cum v. ἀν. Mox --

Mmm. p. 914. l. 20. ἔσθ' ὅ, (ut affini ἴσθ' ὅτε 4, 4, 1. e.) in -- ib. l. ult. cf. ib. 2, 195. l. 80. G. -- p. 915. l. 30. gen., per analog., sed -- p. 917. l. 39. ubi minorem laevitatem habet Ms. Ba. ordo alius; in - collocatio. -- ib. l. 44. ἐνθ., ex analog., ubi -- p. 920. l. ult. πολ. At in sq. τὸν 'Αχ. ταφ. Cell. l. l. p. 44. e., de Sigeo agens „ad urbem vel in promontorio, aut iuxta illud 'Αχιλλέως μνῆμα, Achillis *monimentum*, ut Strabo nominavit. Cic. p. Arch. c. 10. quum *in* Sigeo *Alexander* ad *Achillis* tumulum *adstitisset*, --. Sunt qui etiam oppidum *Achilleum* memorent. Plin. -- fuit et *Achilleon*, oppidum *iuxta* tumulum *Achillis* „cf. ad Stp. Byz. v. 'Αχ. it. Car. Stp. Dict., etiam v." *Achillea*, insula Ponti Eux. -- quod ibi *Achillis* sepulcrum *ostenditur*" cum G. Th. v. *Achilles* 70, 68. 71. 78. „Sen. Troad. -- Mactanda *virgo* est *Thessali* busto *ducis*" it. p. sq. l. 35. sqq. cui add., quod Graeci in Thracia extruxerunt Achilli Cenotaphium, ante a Sen. ta-

ctum, cf. ad Ovid. Met. 13, 439. Gier. et Eur. Hec. ed. Brunk. v. 37.
τύμβου it. 41. 91. etc. sed τὸν Ἀχίλλειον τύμβον v. 124. et χῶμ' Ἀχιλλείου
τάφου v. 221. sed τάφῳ 505, sed cum Nostro v. N. sq. ex Ael. -- p. 923.
l. 3 racca ex analog. vicinius -- p. 925. l. 11. pron., sed per analog.
in compos. cum praep. sua Noster, cf. cum ἐς Αἴγυπτον, sc. ἐπιστολήν,
Herdt., it. cum ἐπὶ sine Ind. Ael. V. h. 2, 17. e. L. Bos. Ell. p. 199. e.
Pal. Fi. 32, 14. Abr. Dl. Th. L. N. T. ubi et cum πρὸς, ut ap. Suid., cf.
in act. physice Hom. ἐπεθ. it. tropice Hsd. ε, 332. Polb. cum Rsk. Di. H.
T. 2. Poss. Ca. rum in varia Call. Ael. l. l. Luc. Long. M. sed in med. si-
mul Rs. O. V. 4. 6. 7. 8. Fi. The. et Pal. Fa. Ae. Xen. Cyr. Ἀνβ. Bach.
et M. S. -- p. 927. l. 32. τειχῶν, ἃς λ. -- ib. l. 36. illa antea pron. τού-
των, quam tamen et Bg. refert, cf. Exc. --

Nnn. p. 931. l. 22. προςποιούμενος, sed de urbe Alexandria cf.
laud. ad §. 21. -- p. 932. l. 16. adv. et omnibus acc. ad analog. -- p. 933.
l. 12. *Todtenopfer*," dum in παντ. Bg. e P. cf. 4, 7, 2. sed Noster cum
ἐν. per analog. -- ib. l. 20. populorum, sed Hirt. de bell. Alex. 30, 6.
maxima *et* electissima *Alexandrinorum* multitudo *defendebat* eam *partem*,
rel. -- p. 934. l. 39. πυνθ., quod cum adiunctis est ex analog. -- p. 937.
l. 37. it. 4, 7, 4. Sed in rem et Alexandri monimentum nihil reperi ap.
eos, qui de urbe ipsa Alexandria Aegypti scripserunt, Plin. H. N. 5, 10.
Curt. 4, 8, 2. sqq. (nec 10, 10, 20. de sepultura loquens,) Amm. M. 22,
16. p. 272. i. Hirt. de b. Alex. c. 1 - 5., Arrian. de exped. Alex. p. 156.
in. Stp. Byz. Car. Srp. Dict. Cell. n. o. a. 2, 769. ubi p. e. „regia -- in
parte urbis amoenissima, quae mare spectat, collocata fuit, et in partes
divisa s. membra, quorum aliquod Μουσεῖον, -- aliud Σῶμα, *Soma*, in quo
regia sepulcra erant, (p. sq. m.) Pars urbis, aut suburbium potius, a ma-
ri remotius Νεκρόπολις, *Necropolis* dicta, a sepulcretis, puta." Tum ni-
hil ap. Angl. Heyn. H. 1, 130. sed 3, 668. i. cum narrassent, Alexandri
cadaver ab Arrhidaeo ductum esse in Aegyptum, pergunt „Als die Lei-
che nach Aegypten gebracht war: liess sie Ptolemaeus in einen prächti-
gen Tempel setzen, den er zu dem Ende zu Alexandrien gebaut hatte,
wo sie noch viele Iahrhunderte nachher zu sehn war." Quod tamen
templum ubinam fuerit? Qua in parte urbis? Ubi, secundum Cell. l. l.,
regia sepulcra erant, an in Necropoli? Nec definit quid Dd. S. 1, 60. l.
52. sqq. 2, 200. l. 97. sqq. et maxime p. 279. l. 32. sqq. de templo illo
agens. Sed Nostri hic adv. ἐκεῖθεν, referendum, credo, ad proxima §.
pr. εἰς τὸν νεὼν, (quo, absolute posito, innuatur aut unum istius urbis,
aut aliquod praecipuum, id que in urbe, ob pr. εἰς τὴν πόλιν,) nil docet,
quam in diverso loco fuisse Alexandri monimentum, et saltem peculia-
rem partem istius templi, quod Ptolemaeus exstruxit, si illuc statim
Caracalla venisse censetur. In sq. -- p. 939. l. 18. adiuncta duo particip.
(peculiari ratione, et vel modum declarantia laetitiae pr. ingentis, adeo
que resolvenda per particulam *dum*, vel per se sumenda et resolvenda
per copulam) contrahit Bg. -- ib. l. 29. ἀπώλεσεν, iuncta tota §. ex
analog. -- ib. l. 32. *occultum*, it. in αἰτ. cum τ. τ., variando simul cum 1,
11, 1. 1, 12, 7. αἰτ. τοιαύτης. -- p. 940. l. 18. in sq. ex analog. membro --
ib. l. 29. Nostri per analog. periphrasi -- p. 944. l. 13. ἀμ. ut in pr.
κν. cum adiunctis. -- ib. l. 46. potius in notionem pro --

Ooo. p. 945. l. 12. Ἀλεξάνδρειαν, pro quo Noster per analog. τὴν
τ. ἐδ. ἐν. it. in sq. καλ. λ. et membra rel. -- p. 947. l. 35. membrorum
ex analog. -- ib. l. 43. adiunctum de suo v. συνεορτ. -- p. 948. l. 28. rel.,
datis per analog. omnibus inde a pr. ὡς -- ib. l. 36. in πεδ., (nec ipse
tamen definiens, intra urbem fuerit, an extra, dum infra in alia re differ-

te 4, 11, 4. ἐν τῷ πρὸ τῆς πόλεως πεδίῳ,) qui -- p. 949. l. 29. particula nuda cum -- ib. l. sq. quoque, ex analog. cf. -- ib. l. 45. διας. (per analog. cum adiunctis) partim -- p. 950. l. 12. militari, sed cum ἐκ. ad analog., cf. ib. l. 39. necessitate, at olim non restituendum, quoniam ille ceperit pro simpl. ἕξεως, pereunte quippe et alibi εὖ in compos.) cum -- ib. l. pen. *apto*; dum reddam sic totum, *quomodo* s. *qui* haberet *quoad* et *aetatem*, et *corporis* staturam *et* reliquum *bonum* habitum, s. et *staturam* et *reliquum* bonum *corporis* habitum, *ad* militiam *aptum*; ubi et expressi τὸ, iterum non suo positum loco, sed praemissum, pro πᾶς ἡλ. τὸ ἰσχ. λ. cf. 3, 3, 1. 7, 1, 5. -- p. 951. l. 1. eius promissionibus -- p. 952. l. ult. e P., iuncto per analog. toto membro. -- p. 954. l. 19. pron. relat. iterum, -- ib. l. pen. πορ., per analog. iuncta, sed -- p. 957. l. pen. Geop., per analog. iuncto membro utr. it. sq. -- p. 958. l. 22. *habentes*, s. parum *virium*. In -- ib. l. antep. 3, 2, 4. et Thuc. 503, 60. πλεῖστος γὰρ δὴ φόνος οὗτος -- ἐγένετο, *haec* enim *strages* -- maxima *fuit*. -- p. 959. l. ult. Nostri l. l., dantis rel. ex analog.

Ppp. p. 964. l. 37. dum P. -- p. 965. l. 10. alterutra -- p. 967. l. 40. θαυμ. (ubi L. N. T. Schw. hinc „relas, *quae* maximi *fiunt*") modo -- p. 971. l. 29. seiunximus, conflatis his per analog., it. membro sq. cf. 3, 12, 10. -- p. 972. l. 23. ὁ β., ex analog., ut sq. membrum, cf. 2, 6, 11. -- ib. l. 40. καλεῖ λ. per analog. supplet -- ib. l. 44. post 344. add. „cum Herdt. 496, 43. Mox ad διαδρ. λ. Bg. fere, ut 2, 6, 5., deserto P., etiam in libero additis tum pron. τούτου s. πράγματος τούτου, tum adv. cf. 3, 9, 19.

Qqq. p. 980. l. 18. post 17 add. „et in variat. 3, 9, 17. μηδὲν τι δεινὸν προσδεχόμενος. In -- ib. l. 36. conferente -- p. 983. l. 30. i., tenente -- p. 984. l. 38. uterque Intp. Lat. forsan -- p. 986. l. 24. partem, cf. 1, 14, 12. Sed -- p. 987. l. 4. γεγενῆσθαι -- ib. l. 39. m.) cf. Stp. -- p. 991. l. 30. tum quia praemittuntur res, cibus et vestitus, quas εἰς θηλ. νοσ. διαβ. tanquam *morbum* muliebrem *reprehendit*, quae res non referri possunt ad *physicum* illud vitium, sed ad *morale*, denique quia praecedit -- p. 992. l. 34. liberum. Caeterum parenthesis signa potuerant forsan et omitti, quoniam sqq. περιηγ. λ. arcte cohaerent cum proximo nomine Ἀντων.

Rrr. p. 995. l. 37. severiori, (cf. ad 4, 14, 8.) sed -- ib. l. 42. καλ. it. τλλ. cum -- p. 996. l. 25. membro, cf. 4, 8, 11. 13. ubi -- p. 1001. l. 29. possit, cf. 4, 14, 4. N. χιλιάρχων. -- p. 1003. l. 16. iungit Noster per analog. -- p. 1007. l. 34. it. ed. Mor. -- ib. l. 37. it. Sb. et ej. Dion. H. T. utr. Ael. V. h. Rs. -- p. 1008. l. 14. Xen. Bach. Fa. Aes. Hom. L. N. T., fine --

Sss. p. 1009. l. 30. Noster (ut in pr. et sq. formula) ad analog. -- p. 1010. l. 41. Nostro ex analog. per -- p. 1011. l. 11. ἀφ. ad analog. cum adiunctis Schw. -- p. 1012. l. 38. ἀνεχ. (per analog. cum adiunctis,) quo -- p. 1015. l. 42. ξιφ. est ex analog. et syn. -- p. 1016. l. 22. Strothi audienda est -- ib. l. 46. Sb., ej. -- p. 1017. l. 26. *coelo*, vel per hanc -- p. 1018. l. antep. iungitur a Nostro de suo ἐλ.

Ttt. p. 1032. l. 43. sed Sb. Ind. saltem addit pron. dat. „*instis* ei *persolutis*" pro -- p. 1039. l. 16. sed tamen 818, 75. ex Or. pro Mil. et *laudum* -- p. 1040. l. pen. pron., severior --

Vvv. p. 1041. l. 33. subst. Caeterum hic pron. αὐτοῖς praepositum est nominativo subst. οἱ βαρβ. et tota illa enunciatio ὡς ἐθ. κ. interiecta intra inversam enunciationem aliam, cf. §. 11. τούτων 3, 4, 20. Ad -- p. 1048. l. 25. οἱ δὲ ἐπ. -- p. 1049. l. 41. cf. Plat. Sy. p. 197. e. Phil. -- p. 1051. l. 41. cf. §. 2. Addend. p. 1041. l. 33. et in v. -- p. 1055. l. 19. ευρ. cf. Dd. S. 2, 185. l. 84.) deinde

Ἡρωδιανοῦ τῆς μετὰ Μάρκον βασιλείας ἱστοριῶν · βιβλίον δεύτερον.

Herodiani de imperio post Marcum liber secundus.

Ἀνελόντες δὲ τὸν Κόμμοδον οἱ ἐπιβουλεύσαντες, ὡς ἐν τῷ [b] πρώτῳ συντάγματι τῆς ἱστορίας δεδήλωται, κρύψαι τε [c] τὸ γενόμενον βουλόμενοι [d],

Cum autem occidissent Commodum eius insidiatores, ut in primo volumine huius historiae declaratum est, atque celare factum vellent: ut cu-

a) Inclusum a me ἱσ. sola Stp. ed. hic retinet, idemque in sequentium librorum titulis. Rectius caeterae omittunt, ut supra notavi ad titulum libri prioris. *Sylb.* Ibi v. tum de brevitate M. Ba. hic iterum Ἡρ. ἱστοριῶν δευτέρα, tum de edd. ratione partim, Ald. Ἡρ. τ. μ. Μ. β. βιβ. δ., cum B. 1. L. al., quae tamen post βασ. comma faciunt, ut nostra e Stp. servant In. et Bc., etiam Lu., numerum modo in litteram mutans βιβλ. β, et Pat. βασ. ἱστοριῶν, βιβ. δ., commate interposito. b) Art. τῷ omittunt vitiose Ox. e Par. c) Ms. Ba. κρύψαι τε, ut 1, 17, 3. d) Colon hic ante ὡς, ut pr. libro, in Stp. rel., unde res in Ms. Bg.

Ἀνελ.) In utr. particip. severior Bg., quam P., unde in primo retinet Lat., sed in postr. tempus aor. mutat in praes. sine damno, v. 1,4,8. m. κυβ., addito gen. pron., quia fere cum P. vertit particip. in subst., quasi dat. αὐτῷ in Gr. explens.

συνταγμ.) Bg. servat subst. Lat. e P., sed tantum ex h. l. Sylb. „volumen, *liber*," ut Stp. Th. „volumen *compositum*" sine auctoritate, quae sensu eo forte in Ind. R. Or. V. 4., sed certius in Ind. Dion. H. S. T. 2. Diod. S. e 1,7. l. 58. it. Cl. Cic., ubi tantum ad Att. 12, 45. i. in N. redditur per Latt. Sylb., sed ubique absolute, cum Noster adiunxerit gen. ἱσ., ubi Sch. „historicum *volumen*," resolvens subst. gen. in syn. adi., dum P. omittit gen., e quo Gr. illum in titulo repetitum forte, diximus ad l. 1. Apud G. Th. cum Gr. n. „*syntagma*, (recentioribus aliquando frequentatum in titulis scriptorum) ad verbum *coordinatio*, (quo uti poterat L. Ern.) et ap. Gr. ad rem militarem pertinet, — liber s. opus coordinatum et constructum ap. Cic." sed in v. *liber* modo syn. σύνταξις, quo de hic modo praebemus Suid. p. 409. i. σ., ἡ συγγραφή, ἡ ἱστορία, *liber*, scriptum, *historia*, Πολύβιος, Ταῦτα ἐν ταῖς πρὸ τοῦ συντάξεσι δεδηλώκαμεν, *haec* in *praecedentibus* libris *demonstravimus*, quae, Nostro vicina, aliter tamen sunt ap. Polb. 11, 2. T. 2. p. 275. e., ubi paulo ante, ταῦτα — ἡμῖν πρότερον δεδήλωται, antea *ostendimus*, quae libera et hic sunt ap. P., qui illud ἡμῖν pron. sic per aliam formulam in act. respexerit, e quo Lat. verbum modo servat Sch. „*demonstratum est*" ignorante pass. Stp. Th., quod v. ap. Poss. Call. p. 355. i. et in Ind. Xen. Cyr. Z. per Lat. Bg., ap. G. Th. cum Gr. n., in art. τῆς de suo Bg. agente per pron., it. in sq. τὸ, sed in κρ. et τὸ γ. e P.

ὡς ἂν τοὺς Φυλάσσοντας τὴν βασίλειον αὐλὴν δορυφόρους λάθοιεν, εἰλίσαντες [e] στρωμνῇ τινι [f] εὐτελεῖ τὸ σωμάτιον [g]

2. stodientes imperialem aulam satellites latere possent, involutum stragulo quodam vili corpusculum et constrictum,

e) Ms. Ba. εἰλήσαντες v. N. f) στρωμνῇ τινὶ Stp. rel. g) Ms. Ba. τὸ σῶμα v. N.

τοὺς φυλ.) Mox simpliciter hos vocat φύλακας §. 3., alibi aliter. *Leisn.* cf. 1, 2, 5. e. Ad Cap. in Pert. c. 5. e. T. 1. p. 541. m. *ad* palatium *ergo Pertinax profectus, quod tunc vacuum erat, quia* Commodus *in* Vectilianis *occisus est*, Cas. N. 4. „in V.) In aedibus Vectilianis, de quibus in ipsius vita, (p. 516.) Ap. Herodi. initio secundi βασίλειος αὐλὴ non est palatium, sed domus Vectiliana, vel eius vestibulum, ubi excubabant οἱ σωματοφύλακες. Ubicunque princeps, ibi aula" cf. 1, 5, 27., aliter hic reddente τ. β. ἀ. Bg., quam P., sed cum Sch. „φ. *satellites* cust. *aulam*." Caeterum in hac regione e Bc. ed. toleravimus adhuc §. novae numerum, olim removendum, cum ὡς nectat arctius sqq. cum prioribus; unde et sustulimus distinctionem maiorem edd. post βουλ., ubi Bg. cum P., resolutis particip. per particulam, protasin finire videtur, commate tamen servato, pro quo distinximus nostro more duobus punctis; Nostro periodum iterum per participia faciente, et in apodosi iterum praemittente alia particip. et enunciationem aliquam per ὡς particulam. Denique in λαθ., P. deserto, Bg. opt. per v. *posse* ad perspicuitatem, severius vero Stp. in marg.

εἰλίσαντες) Leg. ἐνειλήσαντες. *Reisk.* Compositum hoc, quanquam praep. perire per se potuit a pr. simili ἐν finitione, ut Bg. e P. libere sic vertere, contra libros non suscipiendum; cum et Noster simplicibus saepe utatur pro compos., et Gr. nostrum per Lat. illud compos. etiam reddatur in L. Ern. et Stp. Th., hinc tacente, tum simplex Lat. ab Intep. hic non potuerit adhiberi, ut hoc sensu non usurpatum, cf. G. Th., ubi Bg. modo per compos. Rsk. et aliud. Tum Sch. „εἰλίσαντες, part. aor. 1. ab εἰλίω, de quo tamen dubito, an sit in usu. Pro eo dicitur εἰλύω s. εἰλέω, *volvo*. Unde dicendum fuisset εἰλύσαντες s. εἰλήσαντες; s. τ. quum *volvissent* corpus *stragulo quodam*. Posterior lectio placet Sylb." qui in Ind. „rectius εἰλήσαντες" quo et redit Ms. lectio, spiritum modo alium ferens, qui et alibi variat (monente iam Stp. Th.) in v. εἰλέω, εἰλύω, εἰλίσσω et ἑλίσσω, quae sola reperi, cf. Stp. Th. L. Ern. et N. T., Ind. Hom. Hes. Orph. Call. Arist. Kust. Luc., cum Suid. et Hes., it. Eur. Phoen. v. 3. Or. v. 444. 1293. 1432. et ad huius Ion. v. 40. Barn., ad Herodt. 1, 176. N. 4. et 2, 8. N. 23. ad Tim. Gl. p. 52. ad Ammon. p. 38. N. 81. et Kl. ad Tyrt. p. 109. i., ut aliquando Ms. lectionem debeamus amplecti, cum poëticae magis sint εἰλύσαντες et εἰλίσσαντες, in quibus modo litterae in loco nostro corruptae fuerint, υ et ι, tum σ pro duplici, cf. Fi. Ind. Aesch. v. εἰλισσὸς, et ad Eur. Phoen. v. 242. Var. L. ἑλίσσων et εἱλίσων.

τὸ σωματ.) Ms. σῶμα a Glossatore est, per comparationem e §. 5., aut ut sciamus, diminutivum esse pro primitivo, ut alibi, tacente Stp. Th., etiam illud, quod Sch. addit post severum Lat. cum Bg. e P. „hominis defuncti cadaver, (prorsus ut L. Ern. Nr. 2., in quo et convenit cum

καὶ καταδήσαντες, ἐπιθέντες[h] δυσὶν οἰκέταις τῶν πιϛῶν ἑαυτοῖς, ἐκπέμπουσιν[i], ὡς δή τι σκεύος τῶν ἐκ τοῦ θαλάμου

impositum duobus famulis, qui essent ipsis fideliores, exportari curant, tanquam scilicet aliquid ex cubiculi supel-

h) Ms. Ba. et Vi. ἐπιθέντες δὲ δυσ. v. N. i) Hoc comma fuit in B. 2. L. al. cum Ms. Bg.

illo Ms.) κ. quum *constrinxissent* f. *colligassent* corp." prius Lat. e P. cum Bg., ut postr. e Sb. Ind., sed cum nostro Gr. ap. G. Th. v. *devincire* et *obstringere*; cf. Stp. Th., qui physica hac notione ponit tantum ex Hom. semel, cf. Ind. Ern. Luc. et L. N. T., hic ut valeat quid praep., et quod alibi e G. Th. dedimus in Bg. Lat.

ἐπιθέντες) Mss. insertum δὲ pro τὲ in pluribus particip., ut alibi, agnoscit sane hic quoque P. in sua *ac* copula, potuitque intra similes syllabas τες et δυ facile per se excidere, ut tamen eodem carere queas, ut in aliis particip. coacervatis, cum et absit in M. Ve., et Bg. tolerarit asyndeton.

δυσ. οἰκ. τ. π.) v. Reitz. ad Luc. bis acc. c. 16. T. 2. p. 810. *Leisn.* ubi N. 17. noster locus non bene adhibetur ad firmandum Luc. μηδὲν αἰσχρὸν ὧν προστάξειεν οἰόμενον, in quo est forma illa contracti pron., pro τούτων, ἃ πρ., non ὧν, ut ibi ponitur, quae in hunc locum non cadit, ubi modo gen. τῶν πισ. pendet ab adi. δυσὶν, ut partitivo, quod addendum est Poss. Sy. p. 45. i., cf. Xen. M. S. 2, 1, 1. m. δύο τῶν νέων, nisi ob illum ipsum gen., quem et μηδὲν ibi habet eadem ex causa, huc respexerunt ad Luc., ubi Bg. non reddit per assumtam ἐκ praep., (quod mihi placiturum erat, *duobus* e *fidis* sibi *famulis*, uno subst. transposito, pro severiori *duobus* famulis *e* fidis *sibi*,) sed per expletum resolutumque particip. ὄντων, mutato simul adi. gradu, dum e liberiore P. affert hunc locum Stp. Th. in v. ἐπιτ. i. ubi Noster tantum ex analog. ut et §. 5.

ἐκπεμπ.) Bg. e Sch. alio ordine „*curant* exportari *defunctum*" praeeunte quodammodo P. alio tempore, ut G. Th. cum Gr. n. „*emitto*, — extra mittere, quod interdum imperio fit" f. imperando et iubendo, cui par hic Lat. Bg., respiciente Sch. per suum *defunct.* ad pron. αὐτὸ, e pr. σωμ. repetendum.

ὡς δή τι λ.) Sch. modo in σκ. *supellectilem*, et in adi. π. „σκευῶν" e pr. acc. σκ. supplens hunc gen., qui cum pron. τὶ in adi. hic, (ut in Lat. *aliquis*, cf. G. Th. p. 249. l. 73. 76. et Hor. Turs. p. 93. i.) procedat, et, ut alii gen. cum subst. alibi, tentatus esse possit a Ms. in vulgarem acc. περιττὸν, a pr. σκ. pendentem; ut tamen e pr. τῶν per lapsum scribae vulgatum gen. π. ortum dicas etiam, nihilque mutes ob Mss. reliquorum consensum; quanquam e P. quoque Bg. cum M. Ba. faciat; quorum Intep. tamen liberior est ratio in subst. σκ. transposito, pro *aliquam supellectilem* cubiculi *supervacaneam*, cum voluerint, credo, Gr. formam in pron. τὶ neutro et praep. servare, ubi τὶ cum gen. τῶν adiuvant per ἐκ praep., sed eandem Gr. cum gen. τ. θ. recte exprimunt solo gen., cum Graeca Nostri sane possint mutari in τῶν τοῦ θ., sine praep. illa, quae et alibi modo periphrasin genitivi facit, sive cum subst. stans intra articulum et subst., sive intra art. et adi., ut hic de vulg. lect., sive denique, ut e nova, modo post art., cf. Abr. Dl. Th. Auct. p. 385. e. Rsk. ad

περ[illegible]ῶν [k], οἱ δὲ φέροντες [l] διὰ μέσων ἐκφέρουσι τῶν φυλάκων [m]· ὧν οἱ μὲν ἀπὸ μέθης ἐκραιπάλων, οἱ δὲ ἐγρηγορότες κἀκεῖνοι [n] εἰς ὕπνον

3. lectile supervacaneum. Illi autem portantes, per medios id efferunt custodes: quorum alii ex ebrietate crapula gravabantur, qui autem vigilarent,

k) Ms. Ba. περιττόν. v. N. l) Comma hic cum Bg. etiam in A. et al., et praeterea comma post δὲ in Sb. m) Variantibus rel. in commate aut puncto hic, reliquimus Stp. et al. colon, quo et Bg. respicit. n) κἀκ. sine Iota in A. al.

Diod. An. V. 1. p. 92. m. ad p. 601. Fi. ad Well. p. 356. e. L. Ern. v. ἐκ Nr. 12. et N. T. Krb. p. 202. e., ubi recte monetur, esse in hoc periphrasin adiectivi, quod tamen hic in Gr. 9. subst. desit ap. Lat., et modo per Lat. *cubicularius* s. *cubicularis* efficias, utque proprie hic quoque ellipsin sumas particip. ὄντων ad τῶν art., unde deinde consequaris v. subst. cum pr. ἐκ, quae formula deinde redit ad illam adiectivi, ut v. c. *e re esse* resolvas in *utile esse*. Caeterum Phil. in Fl. p. 749. C. m. ὡς περιττὸν ἄχθος λ. *tanquam* onus *supervacaneum*.

οἱ δὲ φερ.) Sch. modo in ἐκφ. »*efferunt* corpus *per custodes*« in subst. addito respiciens e pr. σωμ. repetendum pron. αὐτὸ, quod statim exprimit simul Bg., accipiens fere e P. particip. φ. physica notione, ut sic stet cum affini v. ἐκφ., quo de v. ad 1, 13, 4. i., et simile Luc. 1, 172. l. 14. *αἰρόμενοί τινες ἐκφέρουσιν αὐτὸν ἐκ τοῦ συμποσίου e* triclinio *a* nonnullis *effertur*, quanquam et ceperis tropica, pro adv. festinanter, cito, qua de alibi.

ὧν οἱ μ. ἀ. μ. ἐκρ.) quorum alii crapulam edormiebant. Sic *μέθαις* cum *κραιπάλαις* est supra 1, 3, 3. et in hoc libro (2, 6, 9. e.) *παρὰ μέθην καὶ κραιπάλην*. Sed hic poterat satis esse ἐκρ. *Steph.*

Putans adeo, redundare ἀ. μ., ut Leisn. in marg. Ox. »pleon., v. c. 3.« sed Sch. in v. ἐ. »ἀ. μ. crapulam *sentiebant* ex *ebrietate*, ebrii *erant*, (hoc postr. fere e P.) ἀ. μ. ἐ. *ab* ebrietate *temulenti erant*« cf. Exc. ad 1, 3, 3. e., severe agente Bg., et modo v. ἐκρ. in phrasin mutante, ignoram G. Th.

οἱ δὲ ἐγρ.) Forte *οἱ δ' ἔτι ἐγρηγορότες ἴσα κἀκείνοις* λ. iuxta illis, pariter atque illi. *Reisk.*

Quorum prius adv. temporis, etsi potuit excidere, tamen nec Mss. nec P. referunt, et facile subauditur, ut et Sb. in Srp. ad marg. Vs. inserit. Sed postrema Rsk. pars, aeque violenta, non admittitur e contextu prioribusque, cum ibi dicantur satellites quidam plane profundeque dormisse, et decubuisse etiam haud dubie aut in solo, aut in sedibus, sed nunc quidam referantur vigilasse ex parte, sed et simul, somno urgente, stantes capita reclinasse in manus, quibus hastas tenebant, quale quid et pinxerat, quasi magister Nostro, Liv. 44, 33. *scuto* prae se *erecto* stare *galeatos*; dein, *ubi* fessi sint, *innixos* pilo, *capite* super *marginem* scuti *posito*, sopitos *stare*; cf. in v. ἐγρ. hinc sine Vs. Stp. Th., e cuius marg. fere Bg. resolvit (v. Suid. 1, 675. m., non coll. ad Hes. 1, 1076. i.) et sumit Lat. formulam, ignotam G. Th., in κατεφ., ubi Sch. »*prolabebantur* in *s.*« bene in subst. ὕπν. comparans hoc v. cum εἰς ὕπν.

κατεφέροντο, κατεχούσαις τὲ ταῖς χερσὶ τὰ δοράτια ἐπανεπαύοντο [o], οἱ δ' [p] οὐ πάνυ τὸ ἐκφερόμενον τοῦ θαλάμου, ὅ

et ipſi in ſomnum deferebantur, ac tenentibus manibus ha-
4. ſtilia requieſcebant: caeteri non valde, quid eſſet, quod

o) Stp. et al. colon cum Bg. pro puncto rel., v. N. p) In M. Ba. οἱ δ' abeſt. *Mart.* v. N.

κατέλκεσθαι 1, 17, 20., ubi v., ut de noſtro v., poſito ſive abſolute, ſive cum dat ὕπνῳ, ſive cum pr. εἰς, ἐπὶ et πρὸς, Bud. C. 570, 22. p. ſq. I. 16. Stp. Th. aliunde, ad N. T. Intp. Act. 20, 9. Lexx. it Kypk. 2, 105. Munth. p. 273. m. Abr. ad Aeſch. 1, 619. et Dl. Th. p. 822. m. Denique Sch. v. ἐπ. νχ. *dormitabant* (fere e P.) *reclinati* in *manus*, (e Stp. marg.) κ. χ. *tenentibus* manibus *haſtilia*, χ. indormire *manibus* ten. *haſtilia*" hinc ducente quid Bg., ſed etiam e Stp. Th. 3, 108. i. νέπ., q. d. ſuperquieſco, (ignotum G. Th.) Herodi. l. 2. ὧν — ἐκραιπάλων, — ἐγρηγορότες, (quod comma etiam in eius ed. cum omnibus, praeter B. 2., quo de mox,) — ἐπ., q. d. ſuperquieſcebant *manibus* tenentibus *haſtilia*, pro *quieſcebant* ſuper manibus, i. e. innixi manibus, quae viciſſim haſtilibus innixae erant, vel *requieſcebant* incumbentes manibus, quae viciſſim haſtilibus incumbebant. At Pol. pulchram hanc deſcriptionem hominum, qui ſe a ſomno vix defendere poſſunt, in ſua intp. minime expreſſit. — Porro quum dico hic *quieſcebant* ſ. *requieſcebant*, intelligendum eſt non pro ſomnum capiebant, ſicut et quies de ſomno ſaepe dicitur, ſed ſimpliciter de illo requieſcendi modo, qui eſt hominum, ſe ad ſomnum componentium, et qui vix ab eo ſibi temperare poſſunt. Dicit enim οἱ δὲ ἐγρηγ. Ad hanc autem ſignif. pertinet illa expoſitio, quam dat Suidas v. ἀναπ., videlicet ἀνακλίνεσθαι ὡς πρὸς ὕπνον" (1, 174. e. *decumbere* ad *ſomnum capiendum*,) quae vere diſputata videntur, ſed ut verbum non praeterea phyſica hac notione muniret aliunde, nec mihi repertum; monſtrante Sch. rectionem cum dat. rei, qui a praep. in v. pendet, tum Srp. aliter, quam nos ſupra, ſolvente tropum in m. P. ad v. κατεχ., ſed in Th. aliunde tenente vim v. κ. pro Lat. Bg. ſimplici, etiam ap. G. Th. cum Gr. n. Caeterum poſt ἐπαν., ut et ſupra poſt ἐκραιπ., commata delegimus, ut ὧν οἱ μὲν cohaererent magis cum relatis ſqq. οἱ δὲ — οἱ δ', in quibus non nihil moleſta ſunt ἐγρηγ. et κἀκεῖνοι, ubi Bg. decipiat aliquem, poſterius e Stp. marg. reddens, (quod forte excuſent Lat. *is* pro hic ſ. ille, et contra *illud* pro hoc, cf. Hor. Turſ. p. 389. et 446., it. Gt. αὐτὸς pro ἐκεῖνος, quo de alibi; quanquam ſervaturus eram *et illi*, ſumens de Lat. more ſic, ut pron. repetatur poſt alium caſum, ubi poteſt abeſſe; ut hic ſufficiebat ſolum καὶ pro *etiam*, cf. Schell. de ſtilo p. 439. e.) deinde οἱ δὲ ἐγρ. vertens, tanquam cohaerentia ſecum; unde reſolvit per pron. merum relat. et verbum temporis finiti, non reſpiciens ſimul partitionem in οἱ δὲ, in quo ſeverior Stp. in marg., *alii*, qui *vigilabant*, qui, etſi opprimens δὲ; tamen οἱ recte ſenſu patiendi prodit per ſyn. Lat., cf. 1, 3, 12. m., et participium ἐγρ., per ſe acceptum, reſolvit per pron. Sed Bg. ratio, non illa probanda, poſt ἐκραιπ. requirit diſtinctionem maiorem.

τὸ ἐκφερ.) Talis fere ſyntaxis Alciphronis 3, 60. ὁ δὲ ἔλυτρα τῶν καρύων πολυπραγμόνει, μή πού τι τῶν ἐδωδίμων ἀπομεῖναν διέλαθεν, *alius putamina* nucum *rimabatur*, ſi *quid* edibile *intus relictum* latuiſſet. *Leisn.*

τι[q] ποτ' εἴη, ἐπολυπραγμόνουν[r]· ἐπεὶ μηδὲ[ſ] αὐτοῖς διέφερε, ταῦτ' εἰδέναι. τὸ μὲν οὖν σῶμα τοῦ βασιλέως οὕτω κλαπὲν[t] ἐκκο-

ex cubiculo exportaretur, inquirebant, nec ipſorum intererat, haec ſcire. Corpus quidem principis ſic furtim ſub-

q) M. Ba. ἐπολυπραγμόνουν, ὅ,τι ποτ' εἴη λ. v. N., comma illud interiicientibus rel., ſed nobiscum, ſine eo, diviſa voce in B. 1. L. r) Hic comma in al. cum M. Bg. v. N. ſ) M. Ba. μηδ' α. cf. 1, 12, 13. m., ut μὴ δὲ (unde Ms. fluxit accentus) ed. A. al. t) Comma hic defuit in unis Ox., ſed poſt ταῦτ. comma fuit in M. Bg. tantum.

Ibi p. 426. i. num *alicubi*, ſ. *an* forte *quid edulium* rerum, partium nuclei, *relictum delituiſſet*, ubi acc. praemiſſus eſt merus, cum hic ſimul ſit enunciatio per pron. interiecta, praepoſtero ordine, quem ſagacitas Gloſſatoris M. Ba. deprehenſum voluit oſtendere praeponendo verbo, quae tamen nondum ſufficiebant, ſed debebat totum membrum ſic inverti, *οἱ δ' οὐ π. ἐπολ., ὅ τι π. εἴη τὸ ἐκφ. τ. 9.*, alium ſequentibus ordinem Stp. in marg. et Bg., qui inde ſumſerit reſolutum particip., mutans tamen in meliorem e temporum conſecutione coniunctivum, negligentior in ποτὲ omiſſo, it. in ὅ τι per ſimpl. pron., quo de cum π. v. ad 1, 1, 5. i., cum Stp. ib. aliquid ſaltem dediſſet, *quidnam* eſſet, *quod* rel., pro quo varie Sch. in „ἐκφ. quod *efferebatur* ex *cub.* εἴη, quidquid *eſſet*, ὅ,τι *quodcunque* tandem *eſſet*, ἐπολ. *non* curioſe *admodum* inquirebant *in hoc*, quidnamcunque *eſſet*, πάνυ, vehementer, *magnopere*" notionem ſimpl. in v. πολ. ſequente Bg. et Stp. in m., qui tamen in Th. aliunde inclinat ad Sch. notionem ſecundariam, ut alii, cf. abſolute Ind. Ariſt. Kuſt. Xen. Hell. Mor. et Ioſ. ex 1, 586. ſ. 2. e. it. p. 9. e. de deo adeo, ſed cum acc. rei ib. p. 105. m. 213. ſ. 2. l. 5. Rs. Or. V. 3. p. 279. l. 3. Ind. Plut. Krg. et Gs. Chr. Diod. S. Dion. C. 1273, 74. Ind. Polb. Xen. 'Αναβ. it. Pol. Z., cum gen. rei ap. Diod. S. 2, 43. l. 10. it. cum pr. περὶ Ael. V. h. et Dion. H. S. T. 1. it. ὑπὲρ Bud. C. 419, 54. ſed cum adv., loco praepoſitionis, πέρα Ind. Luc., at cum adv., emphaſin illam labefactante, Ioſ. 1, 261. ſ. 2. m. ἀκριβῶς ἕκαστα πολ. *curioſis* oculis *perſpicere*, ſed cum pron. τί ποιεῖν μέλλουσιν ib. 2, 29. ſ. 60. e. *curioſe* inquirere, *quidnam* facturi *eſſent*, it. ſq. εἰ p. 26. ſ. 54 i. denique Obſ. Miſc. Amſt. V. 6. p. 292. et Rsk. ad Polb. p. 491. e., at de v. ἐκφ. phyſica notione et cum gen. cf. Diod. S. 1, 348. l. 88. et Rs. Or. V. 7. Ant. p. 661. e., quam notionem et rectionem ignorat Stp. Th., ut Bg. Lat. in G. Th. modo eſt cum Gr. §. ſq. ἐκκομ., per quod Noſter variat.

ἐπεὶ μ. λ.) Sch. „ἐ. *quandoquidem*, (quod eſt i. q. quia, ut alibi dictum, et par illi *quum* Stp. in marg., quae poſt ἐπολ. admittunt comma, vel maiorem diſtinctionem aliquam cum Stp. ib., pro qua et maxima ſtabit, ſi per *nam* reddatur,) δ. α. εἰδ., *intererat* ipſorum *ſcire*" cum Sb. Ind. et Bg., qui non bene oppreſſit particulam ἐ., pro *nam* nec *ipſ. int.* rel., i. e. ipſis utile erat, cf. Ind. Dem. e) per eandem cum dat. perſ. et inf. rectionem, εἰπεῖν — μοι ταῦτα — οὐδὲν διαφέρει, add. 43, 11. 78, 4.

κλαπὲν) corpus *principis* clam *abductum*. Eodem modo de cadavere Alcmenae a Mercurio clam ablato Anton. Lib. ſ. 33. Ζεὺς δὲ Ἑρμῆν πέμπει, κελεύων Ἀλκμήνην ἐκκλέψαι, καὶ ἀπενεγκεῖν εἰς μακάρων νήσους, λ. — Ἑρμῆς δὲ πεισθεὶς Ἀλκμήνην ἐκκλέπτει, λ. Sed forte κλαπὲν h. l. non eſt,

μισθέν τε τῆς αὐλείου θύρας ductum, exportatumque per *νύκτωρ*, *ὀχήματι ἐπιθέντες*, atrii ianuam noctu, cum vehi-

furtim ablatum, (ut P. habuit,) sed simpliciter, celatum, occultatum, v. Eurip. Ion. v. 946. *ἐκκλέπτειν Ἀπόλλωνος γάμους*, *celare* Apollinis *concubitus*. De v. *κλέπτειν* v. Per. ad Ael. V. h. 3, 47. *Leisn.*

Sed ibi p. 322. N. 5. reprehenditur illa verbi vis pro occultare, et asseritur altera pro furtim facere, altero ignaro, s. non animadvertente, qua de cf. ib ad 12, 64. p 834. N. 7. *Πτολεμαῖος — τὸ σῶμα ἐξέκλεψε, καὶ μετὰ σπουδῆς εἰς τὴν Ἀλεξάνδρου πόλιν — ἐκόμισε*, reddente Bg. e Stp. m., quem cf. in Th. aliunde, Foes. Oec. Ind. Xen. Bach., Ἀνβ. Mor. et Pol. Z. Suid. 2, 325. m., non coll. ad Hes. 2, 275.

ἐκκ. τ. αὐλ.) Sic alibi *αὔλειον θύραν* dicit, sed et *αὔλειον εἴσοδον*, si non est error 2, 5, 4. *Steph. αὔλεια θύρα, ἡ ἐπὶ τὴν αἴθουσαν*, porticum domus, *ἤγουν ἡ ἔξω τοῦ προδόμου πρὸς αὐτῇ τῇ αὐλῇ. ὅθεν καὶ αὔλειαι πρὸς διαστολὴν* distinctionem *τὴν τῶν ἐνδοτέρω θυρῶν.* Sic Eust. ad Ὀδ. ψ. p. 801. l. 29. *Leisn.*

Qui et in Ox. supra Gr. „*per* vestibuli *ianuam*, (et in marg.) Vales. ad Harpocr. p. 27. et Bos. in *θύρα* „quorum hic L. Bos. Ell. p. 148. e. non huc respicit, vertens *ianuam exteriorem s. atriensem*, sed prior in N. ad Harp. p. 13. p. 87. l. 11. contra Steph. in marg., (quod tamen et Bg. retinuit,) et 2, 5, 4. disputat, volens potius *vestibuli*. Qui Stp. et errat, cum dicit, Nostrum alibi iterum sic, ut hic, dicere, nec huc spectat in Th., sed Sch. in „*θ.* e *ianua* aulae *elatum*, *αὐλ. aulae*, vestibularis *ianuae*“ per syn. formulam duorum subst., sed ut res melius intelligatur ex his ad Poll. 1, 76. *αὔλ. θύρα*, atrii *ianua* N. 11. Kühn. „Ianua haec vestibularis, si viam publicam spectes, prima est domum ingressuris, at exeuntibus inde ultima occurrit“ cf. Harpocr. p. 87. Hes. 1, 615. i. p. sq. i. cum N., Suid. 1, 379. e. p. sq. i. et ad eum Toup. T. 1. p. 22., Moer. p. 88. cum N., Bud. C. 1499, 51., ad Lys. Rs. Or. V. 5. p. 21. D'Orv. Ch. p. 31. v. 7. Wess. ad Diod. 2, 323. N. 99. Valck. ad Herodt. p. 469. N. 64. *παρὰ θύρῃσι τῇσι αὐλείῃσι*, *iuxta* ianuam *aulae*, alia forma, articulo cum adi. postposito, et rursus alia, cum dupl. artic. *τὴν θύραν τὴν αὐλείαν*, vestibuli *foribus* ap. Theophr. Ch. 18, 1. m., ubi v. Cas. et Fisch. N. p. 125. a. 193. et Ind., it. syn. Soph. Antig. v. 18. *ἐκτὸς αὐλείων πυλῶν*, *extra* aulae *portas*, et Eur. Hel. v. 445. *πρὸς αὐλείοισιν — πύλαις*, *ad* fores *atrii*, sed Sch. *ἐκκ.* „*τῆς θ.* corpus *elatum* per *ianuam*“ partim e P., qui omiserat *τ. αὐλ. θ.*, cf. Loesn. ad N. T. p. 110. i.

νύκτωρ) Adv. hoc ambigue positum est, ut trahi possit ad superiora particip., vel ad extr. enunciationem, *εἰς — ἐκ.*, non certe commode cum Stp. in marg. ad proximum membrum *ὀχ. ἐπ.*, a quo propterea per comma separavimus cum Bg., quia id membrum non est unum de principibus, sed secundarium, reliquis edd. segregantibus id adv. a prioribus, commate post *θυρ.* posito, et referentibus ad extr. membrum cum P., qui tamen et cum Stp. rexerit, et in *κλαπ. ἐκκομ. τε* videtur hendiadyn statuisse in participiis, per copulam iunctis, et insuper novam copulam assumsit.

ὀχ. ἐπιθ.) Videtur Commodi corpus contumeliae causa vehiculo fuisse impositum, ut Scheff. censet de re veh. 1, 18. p. 270. sq. Ita enim servi et damnati ap. Rom. sepultura mandabantur, ut plaustris efferrentur, instar pecorum. Ita hac infamia ap. Herodi. 4, 6, 2. notantur

εἰς τὸ ἀριστεῖον[u] ἀπέπεμψαν. culo imposuissent, in Aristeum

u) M. Ba. ἀρίστειον v. N.

Getae imperatoris amici et ministri a Caracalla fratre condemnati. *Leisn.*

In Nostri quidem altero loco alia causa videtur esse, sed hic modo festinatio, ut quam celerrime cadaver amoveatur.

εἰς τὸ ἀριστεῖον) Hoc agnoscit etiam Pol. Versio *Aristeum*, et Memmius ex huius historiae l. 4. colligit, fuisse sepulcrum principum. Sed rectius fortasse προάστειον, *suburbanum*, quo Commodum delectatum fuisse, patet ex praecedd. 1, 12, 11. itemque Severum infra 3, 13, 2. *Sylb.* Pro ἀριστ. fort. leg. προάστειον, in Iud. *Idem.* Nomen, ut videtur, loci Romani, in quem corpus Commodi missum fuit. Memmius ex Herodi. 4, 1, 7. colligit, fuisse sepulcrum principum ita dictum. Sylb. tamen coniicit, legendum esse προάστειον, quo Commodus delectatus sit et Severus. *Scheid.* Olim quidem existimabam, legi fortasse debere Ἀριστιεῖον, ita, ut praedium cuiusdam Aristii esset: postea, mutata sententia, putavi emendandum εἰς τὸ προάστειον. Sed, ut in re mihi quidem obscura, nihil affirmem. *Fab.* Legunt alii, nescio, qua fide, προχαστεῖον, (sic in utr. ed.) *Oxon.* Nemo explicare potest, quid sit Ἀριστεῖον hocce, aut ubi fuerit. Quid si hanc vocem ex lingua vetere Teutonica derivaremus? Teutonicis militibus stipatus fuit Commodus, qui hanc denominationem ex Germania Romam transferre potuere. Ap. veteres Germanos *Aristato* est monimentum sepulcrale, v. Wachter. Gloss. p. 72. Reinesius alicubi notavit, (in marg. forte ed. Par.) se Ἀριστεῖον interpretari locum, in quem Romae *Optimates* convenire solerent. Sed ubi mentio fit istius loci? Iste locus aeque ignotus, ac Ἀριστεῖον. Forte leg. Ἀντωνῖνον. *Leisn.* Lego Αὐγουστεῖον. *Augusteum* appellabatur conditorium, ubi cineres et ossa Augustorum tumulabantur. Vulgo pronunciabant Ἀγουστεῖον, unde nata vulgaris lectio. Cogitavi etiam aliquando de Ἀδραστεῖον, templo Nemesis. *Reisk.* Exercuit viros doctos vox ἀριστεῖον, varieque eam tentarunt. Sed nihil mutandum esse puto in lectione huius loci, et minime verosimile est, notissimam vocem προάστειον a librariis in hanc transformatam esse, quam potius ad eundem modum formatam censeo, ut voces πρυτανεῖον, ἀνάκειον, ἡφαιστεῖον, ἡρακλεῖον, et, quod propius huc pertinet, μαυσώλειον. Locum denotare videtur, ubi οἱ ἄριστοι sepeliebantur, cf. 4, 1. Notum est, ἀριστεῖον alias donum significare, quod militibus propter fortitudinem tribuebatur. *Stroth.* Vox haec iam diu turbavit Herodiani interpretes. Sylb. legi volebat προάστειον, quod minime mihi quidem placet. Memmius ex 4, 1, 7. colligit, significari commune principum monumentum. Eandem explicationem nuperrime amplexus est Strothius. Sed velim primo scire, quinam sint οἱ ἄριστοι: soli ne imperatores, — quod contra omnem omnium et Herodiani in primis usum loquendi pugnat, — an etiam alii, genere illustres? Deinde an noctu licuisset corpus Commodi in publicum imperatorum monumentum deportare? Quod vero maxime militat contra explicationem Strothii: Ael. Lampridius Commodum bis humatum esse narrat. Primum enim clam per noctem sepultus est c. 20. in Comm. (T. 1. p. 527. e.) Idem Dio Cas., vel potius Xiph. tradit, secundum quem Commodus insciente senatu et populo terrae traditus est. Quum enim plebs,

ὁ δὲ Λαῖτος καὶ Ἔκλεκτος ἅμα 6. miſerunt. Laetus autem et

ut ſtatuas eius, ita etiam corpus trahere et lacerare vellet, quod ipſum Lampr. habet l. c.: Pertinax dixit (Xiph. S. p. 387. l. 10.) τῇ γῇ ἤδη τὸν νεκρὸν κεκρύφθαι. *Poſtea* vero, ſedato ſcil. primo populi tumultu, corpus Commodi (*iuſſu Pertinacis*) in *monumentum* Adriani *translatum eſt*. Haec ſunt verba Lampridii c. 17. in Comm. (p. 521.). Hoc vero Adriani monumentum ſine dubio eſt idem illud templum, cuius Herodianus meminit 4, 1, 7., ad quem locum cum Memmio provocat Strothius, ἔνθα Μάρκου τὲ καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων, hinc et Adriani, ad cuius familiam, iure ſaltem adoptionis, pertinebat Marcus, ἱερὰ μνήματα δείκνυνται. Ex his clariſſime elucet, hoc imperatorum publicum monumentum non eſſe poſſe idem, quod Ἀριστεῖον, quoniam, ut ex Herodiani cum Lampridio comparatione apparet, in hoc prima, in illo ſecunda demum Commodi ſepultura facta eſt. In eam itaque deducor cogitationem, vocem hanc, quum praeſertim, ſenſu ſcil. ad hunc locum accommodato, ap. nullum alium auctorem occurrat, minus recte hic legi. En coniecturam meam! Lego Ἄρεος aut Ἄρεως — qua forma Noſter utitur 4, 2, 11., qui locus etiam quodammodo confirmat emendationem meam, — πεδίον. Quam facile ex ΑΡΕΟΣΠΕΔΙΟΝ enaſci potuerit ΑΡΙΣΤΕΙΟΝ, nemo non videt. In Campo Martio vero quam ſaepiſſime viros nobiles, in primis imperatores non ſolum crematos eſſe, ſed ſepultos etiam, id equidem poſſem magno exemplorum numero confirmare. Sufficient ex plurimis pauca. Primum Syllam in campo Martio honoris cauſa ſepultum, tradit Appianus. Idem Plutarchus docet, qui Lucullo quoque eundem honorem habitum narrat. Porro Marcellus, filius ſororis Auguſti, in campo M. ſepultus eſt, ut diſerte narrat Serv. ad Virg. Aen 6, 873. ſq. Ipſe deinde Auguſtus, Suet. c. 100. Tac. An. 1, 8., ubi inter alia Tiberius campum M. vocat ſedem ſepulturae deſtinatam. Mauſoleum quoque Auguſti in campo M. ad ripam Tiberis erat extructum, cf. Strab. ed. Caſaub. p. 236. Ibidem Germanicus ſepultus eſt Tac. An. 3, 4. et Britannicus ib. 13, 17. Sed ohe! iam ſatis eſt exemplorum, et ex Dione multa adhuc congerere poſſem, ſi opus eſſet. Non ſine ratione igitur meam emendationem ad veritatem proxime accedere credo, donec aut aliam faciliorem certioremque protulerint eruditi, aut ſaltem aliam huic loco convenientem ἀριστεῖον ſignificationem oſtenderint. *Gedik.*

In re incerta nihil equidem facio, quam, ut, relicta nunc vulgata lectione, a qua Ms. illa modo diverſa eſt per litteras et ſolennem varietatem, expectem, quid aliis videatur de propoſitis, ipſe quidem non inclinans ad Sb. προάστειον, tum quod a litteris vulgatae lectionis abhorret, tum quia ap. Noſtrum deinceps non ſit mentio ſepulturae in ſuburbano, nec multum tribuens Reiskiano, quod nec novi pronunciatum ita, ſed aliunde, cf. Xiph. 225, 38. cum Ind. Sb. Lat. v. *auguſtale* et ad Dion. Caſ. p. 606., porro exiſtimans, Leisnerianum eſſe difficilius, quam ut Noſter ſic ſimpliciter et ſine explicatione poſuerit, ſicut et Gedikii illud videtur nimis vagum nec ſatis definitum, et Ἀδριανεῖον, quo quis tendat e Lamprid., iterum a vulgatis litteris abire; quibus propiora quondam habebam μνημεῖον, de maiuſculis quidem elementis, aut ἀρχεῖον, i. palatium, (quo interea ductus ſit Commodus, extra id peremtus, cf. §. 2., donec in ſepulcrum ſolitum veniret,) quam vocabuli notionem non repetiit L. Ern. e Stp. Th., ubi tamen eſt modo in plur. τὰ ἀρχεῖα,

τῇ Μαρκίᾳ τὸ πρακτέον ἐβουλεύοντο. ἔδοξε δὲ [x] αὐτοῖς, περὶ μὲν τοῦ θανάτου φήμην ἐγκατασπεῖραι, ὅτι δὴ αἰφνιδίως τετελευτήκοι, ἀποπληξίας ἐπιπεσούσης. καὶ γὰρ

Electus cum Marcia, quid factu opus esset, consultabant. Visum autem ipsis, de morte quidem eius rumorem serere, quasi scilicet repente mortuus fuerit, 7. cum eum apoplexia invasisset.

x) M. Ba. δὴ v. N.

ut et in Sb. Ind. et Gs. Chr. Gr., quanquam et in sing. obvium, v. Ind. Xen. Ἑλλ. Mor. et Cyr., a litterarum quidem similitudine maxime blandiens, nec tamen a me obtrudendum, ut nec alia, de quibus v. 3, 15, 16. e. De duplici quidem Commodi sepultura etiam cf. ap. Angl. Heyn. Hist. 4, 1022. e. ut de v. ἀπ. pro simpl., ap. Bg. e P., quoque Stp. Th. aliunde, sed non cum pr. εἰς, cf. tamen Rs. Or. V. 6. Dem. et Fi. Pal., et cum syn. ἐπὶ et πρὸς Ael. V. h. it. ὡς Isocr. Pan. Mor. p. 22. m. ubi severa sunt Lat. *ablegare* et *amandare*, quae utr. ap. G. Th. cum Gr. n. sed ap. Woll. de V med. p. 24. e. „Herodi. 2, 1, 5. *corpus* principis *clatum* in *Aristeum* ἀπέπεμψαν, *miserunt*, quo quidem loco ἀποπέμπειν designat *mittere* cum *comitatu*“ (e P.) qui parvus hic fuerit.

τὸ πρακτ. ἐβ) Bg. ut alibi, it. in sq. ἔδ., ut Ms. δὴ, pro igitur; nihil hic iuvante P., e quo mox Bg. supplet in θαν. pron., et in φ. ἐγκ. Lat. simpl. ducit, pro quo dedissem saltem compos. illud Stp. Th. hinc „rumorem *disseminare* in urbe“ etiam ap. Ern. L., sed sine adiuncto extr., quod nec necessarium, cum pr. ἐν redundet, cf. 1, 4, 18. e., unde ap. G. Th. in illo Lat. modo κατασπείρειν, sed ap. Poss. Call. p. 415. i. „ἐγ. φ. π. τινος, famam *de aliqua* re *divulgare*, (quod et simul in L. Ern. et ap. G. Th. ibi pro explic., ut et) *spargere*, Herodi.“ praeter quem non reperi alibi formulam, nec verbum, nisi alio sensu ap. D'Orv. Ch., Nostro respiciente forte formulam Lat. in v. illo, et simul Gr. in κατασκεδάζειν φήμην, cf. Stp. Th. v. utr., et, ignotam illi, φήμας ὑπὲρ ἑαυτοῦ κατασπείρεσθαι, famam *de se spargendi*, ap. Ael. V. h. 14, 30. i., at de περὶ, pro quod attinet, quomodo et Lat. Bg. e P. valet, cf. L. N. T. Schw. v. i. et Krb. p. 500. Nr. 8) Munth. p. 324. Z. ad Vig. p. 633. b. e. et Ind. Xen. Cyr. it. Dem. 84, 5. 27. et 86, 10.

ὅτι) Libere cum P. reddit Bg. hanc voculam, proprie ut stet post subst. φ. similiter, ut cum v. affini φημὶ, cf. Diod. S., dum Stp. Th. in sq. v. τελ. formam hanc plusqf. per simpl. augmentum ignorat.

ἀποπλ. ἐπ.) Sch. „ἐπ. *quum* incidisset *apoplexia*, — ἀ. ἐ., mori, *apoplexia* repente *incidente*“ pro P. contractis Gr. duabus formulis in unam, retenta in v. ἐπ. notione secundaria illa, sed Bg. iterum reddente, ut alibi, et pron. αὐτῷ explente, tum ad Nostrum non spectante Stp. Th. in ἀπ., quod novit tantum pro stupore illo ac torpore corporis mentisque, nostratium *Schlag*, s. *Schlagfluß*, non item pro ictu sanguinis, nobis *Blutsturz*, nisi forte v. e., cf. Rhodig. L. A. l. 6. c. 8. p. 279. G. Th. v. et *attonitus*, Foes. Oec. Suid. 1, 289. e. Eutrop. 8, 5, 7. e. de Vero, it. Aur. Vict. epit. 16, 8., rem ipsam et morbi genus transeuntibus etiam Anglis ap. Heyn. l. l., et Lat. Bg. e P. retinente cum Capit. cum de Vero T. 1. p. 345. et 433. e., ubi v. N.

ἐνδεχομένην πίστιν ἕξειν ᾤοντο τὴν φήμην, προδιαβεβλημένης τῆς ἀκορέστου καὶ ὑπερβαλλούσης[y] ἐκείνου τροφῆς. πρῶτον δὲ ἔδοξεν αὐτοῖς, ἐπιλέξα-

Etenim facile fidem inventurum arbitrabantur hunc rumorem, dudum infamato insatiabili et 8. nimio eius victu. Sed ante omnia visum est, deligere vi-

y) M. Ba. ὑπερβαλευς. v. N.

ἐνδεχ.) certe ap. hos, qui cibi ac potus imtemperantiam credunt esso caussam apoplexiae. Consulendi medici. *Leisn.*

Sch. ἐνδ. „π. ἔχειν, *facile*, s. *probabili* ratione *credi*, — ἕξ. fidem, h. e. *creditum iri*, — φ. *rumorem* facile *creditum iri*, — π. ἐ. ἔχει φήμη, facile *creditur* de illo huius rei fama“ partim e P., unde Bg. modo participium mutat in adv., de suo adhibens in v. ἕξ. syn. Lat., accommodate ad Vern. rationem, pro severis, *facilem* fidem *habiturum*, quomodo licet dicere, cum et Lat. dicatur contra *difficilis fides*, cf. in subst. G. Th. 654, 69. et 656, 34. „*habuit* res *fidem*, i. credita est“ cf. l. 42. sqq., dum Bg. phrasis, non alibi reperta, proprie alia est Gr. illa N. T. Luc. 18, 8., e P. laudante hunc locum Stp. Th. v. π. 3, 138. A. m. post haec „res aliqua dr. π. ἐχ. fidem *habere*, s. obtinere, s. impetrare, vel uno v. *credi*“ sed tantum e Nostro, praeter quem, nostra notione, habui tantum e Diod. S. 1, 47. ult. cum articulo sine discrimine, οὐδὲ τὴν πισ. ἔχει, fide *destituitur*, sed alia notione, a Stp. non plene prolata, praeter illam N. T., v. Ind. Dem. v. π. Nr. 3. R. Or. V. 7. Is. v. ἐ. et π. it. Ael. V. h., tacente Stp. Th. hinc in v. ἐνδ., nec simile quid afferente, ubi pro adi. haberi possit particip., unde et Sb. Ind. „probabili *argumento*“ dux Sch. partim, Vig. (quem et Leisn. in Ox. marg. notarat per „Vi. 277.“) p. 350. Nr. 11. „ἐν. πίστις, fides, quae satis facile ac probabiliter adhibeatur, ap. Herodi. l. 2. i.“ Polb. 8, 2. i. T. 2. p. 99. i. τὰς ἐνδεχομένας πίστεις, *pignora* fidei *idonea*, sensu militari, e forensi ducto, cf. Ind. it. Thom. M. p. 306. Suid. 1, 632. e. 746. m. Bud. C. 787, 46. Abr. Dl. Th. p. 362. i. R. Or. V. 4. p. 140. e. 142. i. V. 8. Ind. Lyc. p. 660. i. it. ad Polb. p. 392. i., sed sine Ind. Dem. 34, 3. 307, 3. it. Phil. in Flacc. p. 759. pen. et Xen. Mem. S. Ind. Denique Bg. de suo artic. τὴν per pron.

προδιαβ.) Sch. „πρ. quum *iam* ante *omnium* sermonibus *traductus* esset *eius* immoderatus *cibus*, — ἀκ. immodici *cibi*, — ὑπ. cibo *nimio*“ brevius recte agente Bg. in v. πρ., ubi tantum praep. in adv. syn. separatur, quae commoda Vers. non est in L. Ern. et Stp. Th., ubi sine auctoritate, quam v. ap. Thuc. 425, 14. cum N., et in Luc. Ind., sed et 3, 592. l. 42., ubi p. sq. Nostri locus in N. affertur sine Vs., a Kypk. 1, 296. sic redditus, „*quum* iam *antea* ille *ob* immoderatas *epulas* male *audiret*“ partim e Stp. marg. in v., sed et e P. in subst. τρ., quod h. l. pro victu, i. modo capiendi cibi ac potus, quem utr. bene Leisn. antea innuebat, tacente Stp. Th., sed cum Bg. Lat. tamen, ap. G. Th. cum Grr. al., sed etiam pro diaeta, tum ad particip. Lat. Bg. etiam in L. Ern. „ὑπερβάλλων, *nimius*, Gl. V.“ cf. Stp. Th. Ind. Fisch. Aesch. et sine Ind. Dem. 101, 5. Sed Ms. aliud tempus, aor. pro praes., ut alibi, eodem sensu, hic vel per errorem in duplici, vel per glossam ob pr. tempus praeter. in πρ.

πρῶτον) E P. a Bg. redditum adv. per formulam syn., (quo de sensu

σθαι ἄνδρα [z] πρεσβύτην τινὰ καὶ σώφρονα, τὸν διαδεξόμενον τὴν ἀρχὴν [a], ὅπως αὐτοί τε σωθεῖεν, καὶ ἀπὸ τῆς πικρᾶς καὶ ἀκολάστου τυραννίδος πάντες ἀναπνεύσειαν. καθ' ἑαυτοὺς δὲ [b] ἀναλογιζόμενοι, οὐδέ-

rum aliquem provectum aetate ac sobrium, successurum imperio, ut et ipsi incolumes forent, et ab acerba ac proterva tyrannide omnes respirarent. Secum autem reputantes, ne-

z) Comma hic in Ox. et Ed. v. N. a) Colon hic in Stp. rel., sed inde depravatum punctum in Lu. et al. b) M. Ba. δὴ v. N.

alibi, etiam ap. Stp. Th. aliunde,) sed et pron. omissum, (olim restituendum,) it. Lat. in v. ἐπ., quod et in G. Th., it. in L. Ern. et Stp. Th., una cum syn. *eligere*, ap. G. Th. cum Gr. n., quae sint tamen potius Gr. ἐκλέγειν, in postr. Lat. ibi praefixum etiam, videaturque et hic redundare praep., cf. de hoc v. Abr. Dl.•Th. p. 343. m. Ind. Luc., et pro legere, (quod et ipsum ostendat vim simpl.) ad Hes. 1, 1324. e. N. 27. Tum Bg. e P. πρ. per formulam, etiam ap. Stp. Th, aliunde, quod, proprie subst., moverit edd. illos, ut comma ponerent post ἀ., ad quod Bg. et P. pron. τ. trahentes, pro adi. potius sumserint, ut alia subst., et hic etiam ob adiunctum σ., variante Nostro in δ. τὴν ἀ. cum 1, 5, 2. m., sed sine auctore formulam ponente Stp. Th. 1, 957. G., cf. Dres. de V. m. p. 547. i. Kypk. 2, 39. m. et Diod. S. 1, 135. l 35. it. p. 501. l. 99. Sic Bg. e P. etiam in v. σωθ., (ubi tenet Stp. Th. modo formulam Lat. affinem,) it. in v. altero ἀν., quod et ap. G. Th., tropo sic soluto „recipere intro halitum, et per hoc ipsum vigorem, animum, vires" sed a Stp. tantum e poëtis „recreare se, animum recipere, rel." i. e. a tyrannide s. tyranno liberatum esse, et proinde tranquillum ac laetum post tyrannidem, cf. Foes. Oec. et cum syn. pr. ἐκ τοῦ δέους in Ind. Dion. H. S. T. 1., sed absolute Dem. Xen. Cyr. Z. et Luc., ut per pravos numeros in Ind. Polb., at de Lar. Niz. et Cl. Cic., ut pr. ἀνὰ significet nihil, vel iterum, rursus, ut nostrates, *wieder* frey *athmen*, sed ἀπὸ et ἐκ pro μετὰ, Lat. *post*, vel *sich* erhohlen *von*. Tum Sch. partim cum P. in „π. *amara* s. *saeva* tyr." quorum primum ap. G. Th. cum Gr. n., non item Bg., tamen utrumque pro molesto et ingrato, nec vero de subst. Bg., quo de Gr. proprie fere dicitur adi. π., cf. Wyttb. Plut. de sera n. v. p. 43. e. et Zos. 1, 6, 4. Χαιρέου ἐλευθερώσαντος πικρᾶς τὸ πολίτευμα τῆς τυρ., Chaerea *remp.* a *tyr.* peracerba *vindicante*, it. 1, 13, 5. e. *acerbam*, sed ap. Luc. 1, 635. l. 1. *amaram*, Hes. 2, 961. i. πικρὸν, χαλεπὸν, λ. sine N., tacente Stp. Th. etiam in adi. ἀκ., quo de alibi, ut et de Lat. Bg., ap. G. Th. non de subst., nec cum Gr. aliunde mihi reperto, sed haud dubie intelligendo hic cum P.

τυρ. δουλ. εἰθ.) Sch. in τ. „opp. σώφρων ἀρχὴ“ abſtractum retinens, i. e. imperiis et iuſſis tyranni, pro quo intelligetur concretum hic iterum melius ob ſqq. v., reddente Bg. e P., ſed in εἰθ. ſeverius per ſimpl., ap. Stp. Th. aliunde cum P. Lat. Mox Mſ. ſing. βίᾳ, cum plur. ἁρπ. per ſe ſubſiſtens, diſerteque a P. monſtratus, tamen e lapſu aut gloſſa fuerit, cum in Lat. P. deſit plur. ap. elegantes ſcriptores, (unde et Bg. alio ſubſt.) et ap. Noſtr. plur. ἁρπ. ſemper etiam cum plur. β. incedat, ſicut alibi utriusque ſubſt. ſimul ſingularis, cf. Abr. Dl. Th. p. 23. ſed Sch. „ἁ. *rapinas* exercere *aſſueti*, ἐγγ. *conſuetos* exercendis *rapinis*“ partim e P., ut Stp. Th. „Herodi. (ſine numeris) ἐγγεγυμνασμένος ἁρπαγαῖς, *exercitatus* in *rapinis*, pro rapinas exercere ſuetus“ in primo cum Bg. diſſolvens praep. recte, ſed v. ponens modo e Plut. praeterea, ut Sb. Ind. tantum e Met. Eutr. 9, 16, 1. e., nec mihi alibi repertum.

ἵν' οὖν) Mſs. οὖν, omiſſum a ſqq. litteris ſimilibus, nec facile hic deſiderandum, ut alibi, in tranſitu ad rem novam, clare oſtendit P., quanquam ordine alio, quem e Stp. marg. ſeverius tenet Bg., etiam Lat. in pron. *h.*, pro ἐκεῖνος iterum.

αὐτοὺς ἐκβιάσοιντο [h] ὑπακοῦσαι, πανδημεὶ συνῆλθον. ἐπεὶ δὲ ἐγένοντο ἐν τῷ στρατοπέδῳ, ὁ Λαῖτός τε [i] καὶ Ἔκλεκτος εἰσῆλθον [k] ἄγοντες τὸν Περτίνακα, συγκαλέσας [l] τοὺς στρα-

igitur illos cogerent obedire, 11. universi convenerunt. Cum autem essent ad castra, Lactus et Electus ingressi sunt ducentes Pertinacem: ac, convocatis militibus, Laetus

h) ἐκβιάσοιντο Par. utr. et Ox. 1. mendose. i) M. Ba. et Vi. ὁ δὲ λαῖτος καὶ ἔκλ. v. N. k) Comma hic in B. 2. al. v. N. l) M. Vi. συγκαλέσας τε τοὺς λ. v. N.

ἐκβιας.) F. ἐκβιάσαιντο. *Leisn.* in marg. Ox., manente in vulg. cum libris omnibus etiam P., it. Sch. „fut. 1. opt., impulerint *ipsos*" it Sb, Ind., quanquam oblique „ἐκβιάσονται —, *cogent*" subiecto simili loco e Zos., ubi tamen in textu ipso et ed. Cell. 4, 14, 6. c. p. 375. i. δεδιέναι — μὴ — ἐκβιάσαιντο, aot. adeo post perf., qualem temporum consecutionem Bg. observat hic e Lat. indole in impf. post perf., pro qua ratione Graeci habent perf. s. aot. cum fut., et quidem indicativi, quo de post ἵνα hodie satis constat, cf. Hoog. Op. p. 521. i. et Z. ad Vig. p. 540. a. f), ut et post syn. ὅπως, quod et cum opt. praes. aut aot., cf. Hoog. l. l. p. 836. m. p. sq. et Z. l. l. p. 422. a. 2) et p. sq. b), sed post syn. ὡς opt. aor. 1. (quo hic Leisn. spectat) Hoog. l. l. p. 1189. m. Nr. 4. et Z. l. l. p. 541. b. 3), pro quo hic fuerit ἵνα cum opt. fut., cuius generis exemplum non repetiens, etsi lapsus per se inciderit in οι et αι s. ο et α, tamen nondum ausim novare quid, ob consensum edd. plurium cum Mss. Sed de v. ἐκβ. cf. Stp. Th. hinc e P. et Ind. Ael. V. h. Tum Bg. in πανδ., ut alibi, ubi variatur pro §. 5. πᾶς ὁ δῆμος, sed ad sensum restrictivum pro §. 8. πλεῖστον τοῦ δήμου, quo et spectat P. liber.

ἐγεν. ἐν) Sch. in v. „pervenerunt in *castra*" in Lat. fere cum P., qua de notione alibi, discedente Bg., etiam in praep., sed hic haud dubie non pro iuxta et extra castra, sed pro in castris ipsis, cf. G. Th. Nr. 3. Mox de Ms. τε ad ὁ Λ. dicetur simul ad sqq. In v. εἰσῆλθ. Bg. e P., qui ad ἀγ. „*ingressi* — una *cum* Pert. *sunt*" sequitur rationem mutantium v. ἀγ. participium in praep. Lat. *cum*, ut v. ἔχων, cf. Ind. Fi. Pal., pro quo malim tantum explere Lat. *secum*, et sumere pro compos. *adducere*, cf. ib., variante Nostro pro 2, 1, 15. m. τὸν Λαιτ. ἅμα τῷ Ἐκλέκτῳ εἰσελθόντα. Denique synthesis hic in sing. duorum subst. ὁ Λ. τε κ. Ἐκλ. cum v. plur. εἰσῆλθ., cf. Abr. Dl. Th. p. 410. e. it. Auct. p. 320. m. et Poss. Synt. p. 16. i. et 70. e., ut post εἰσῆλθ. melius statuetur comma, quia hic participium cum suo casu, verbo postpositum, ut peculiare membrum haberi potest; quod secus est in locis ap. Palaeph., praeter 39, 5., ubi tamen etiam sine commate editur, at contra cum aliquo ap. Hes. ἔργ. v. 85.

συγκαλ.) Redditio periodi a συγκ. incipienda est, aut, si reddito in praecedenti membro statuatur, hic copulate legendum συγκαλέσας τε, aut relative cum Pol., οὗ συγκ. *Sylb.* Post κα excidit καί. Meo igitur periculo lege Περτίνακα, καὶ συγκαλ. *Stroth.*

Lentius nos agamus non modo propter aliam copulam, a Ms. allatam, ut alibi in participiis, et in eodem v. συγκ. 1, 4, 1., sed quia forte ne opus est copula hic, si cum Sb. periodi protasis finiatur post Περτ., et in apodosi praemissum putetur particip. συγκ., ut τε post ὁ Λαιτ. positum, cum proprie stare debuisset post ὁ artic. statim, in seriem hanc,

τιώτας ὁ Λαῖτος, ἔλεξε τοιάδε. „Κόμμοδος μὲν ἡμῖν [m] ὁ βασιλεὺς τέθνηκεν ἀποπληξίᾳ [n]. „αἴτιος δὲ τοῦ τοιούτου θανάτου

dixit huiuscemodi quaedam. 12. *Commodus quidem imperator nobis mortuus est apoplexia. Causa autem eiusmodi*

m) Lugd. ὑμῖν v. N. n) Colon hoc in Stp. rel., sed in al. comma aut punctum cum M. Bg.

Quum vero populi turba omnis essent in castris, *et* Laetus Electusque etiam eo ingressi essent, secum adducto Pertinace: ibi tum Laetus, postquam milites convocasset, dixit *haecce*; ubi posterius ὁ Λαιτ. in Gr. postpositum in enunciatione inversa, a Bg. ad sq. membrum relatum ob abs. consequ., at Mss. δὲ post primum ὁ Λαιτ. in secundo membro, loco τὸ, iterum intrusum pro copula mera aut distinctiva, quam tamen non agnoscit P., qui potius cum Bg. periodum claudit post Περτ., et novam deinde incipit, sed libere haud dubie assumto adv. loci *ibi*, Sb. οὗ s. ὅπου, quod referendum sit ad sq. v. ἔλ., dum Bg. contra videtur accedere ad Stroth.

ἡμῖν — τεθν.) Pol. ὑμῖν legit. *Steph.* cum verterit „*imperator* vester — *interiit*" sed ut cum Memm. correxerit „*noster* s. *nobis*" cum Bg. dederit vulg., severeque dat., quo de per adi. s. aliud pron. possess. v. 1, 13, 4. i. et 1, 2, 2. e., unde non opus est coniectura Leisn. ad m. Ox. „s. ἡμῶν, v. Hemsth. ad Arist. Plut." De confusis istis duobus pron. alibi vidimus et deinde legemus ad §. 18., quod tamen non cadat in ed. Lugd., cuius auctor de industria ὑμῖν posuerit, cum praefixerit vocabulo stellulam, quae monere solet de subiecta Nota, ubi nihil, quam Stp. superiora. E contextu definiatur forte quid pro ὑμῖν ex animo dicentis, per totam orationem frigido, etiam iratiori in Commodum §. hac et sq., sicut Laetum cum sociis etiam antea mors Commodi non movit, ut nec ad se eam retulerint per ἡμῖν, nisi per simulationem. Qui enim illa formula alioqui utuntur ex animi sententia et vere, per eam declarant, ad se quoque pertinere alterius mortem, et cum suo dolore aliquo damnoque evenire; quae insunt in appellatione illa, quum dativum hunc *incommodi* dicunt, cf. §. 16. i. Itaque super h. l. ampliandum.

ἀποπλ.) Nam ita supra (2, 1, 6.) decreverunt conspirati, περὶ τ. θ. — ἀποπλ. ἐπιτ., famam *de* eius *morte* spargere, *quod* repente *perierit*, apoplexia *contactus*. Capit. in Pert. c. 4. (m. T. 1. p. 538.) *fictum* est *autem*, quod *morbo* Commodus *esset* extinctus. *Boecl.*

In hoc subst. deseritur P. a Bg. sed Stp. Th. hinc quoque tacet, etiam in v. θν., quod cum dat. s. potius abl. rei s. modi tantum metaphorice novit, non item physice, cf. R. Or. V. 4. et Dem. Ind. et orationis colorem similem ap. Xen. Ἀνβ. 2, 1, 3. m. Th. V. 2. p. 76. m. οὗτοι ἔλεγον, ὅτι Κῦρος μὲν τέθνηκεν, Ἀριαῖος δὲ λ.

αἴτιος) Bg. e P. in *alt.*, (ubi Sch. *auctor*, cf. 1, 13, 6. e. hic Nostro iterum ex analog. cum θαν. at in rel. cum Dem. 700, 3. τοῦ μὲν ἀγῶνος — οὐδ' — αἴτιός ἐστιν ἄλλος τις αὐτῷ, πλὴν αὐτὸς αὑτῷ,) it. in οὐκ per syn. subst., (quanquam proprie magis est illud ἄλλος οὐδεὶς 1, 13, 1.) denique in αὐτὸς cum syllabica accessione in fine, cf. 1, 4, 8. i. it. Stp. Th. aliunde 1, 603. D. e., et in aspero αὑτῷ, (e Lat. ratione ob *alt.* pr.) sed severior in non neglecto pron. τοι. et in omisso post ἄλλος v. subst. ἐστι, laudante

„οὐκ ἄλλος °, ἀλλ' αὐτὸς	*mortis nemo alius, ſed ipſemet*
„αὐτῷ [p]. συμβουλεύουσι γὰρ 13.	*ſibi. Suadentibus enim*
„ἡμῖν αἰεὶ [q] τὰ ἄριστα καὶ σω-	*nobis ei optima ſemper et ſa-*
„τήρια [r], οἷς μὴ πειθόμενος,	*lutaria, his non obtemperans,*

o) Colon hic in M. Ba., ſed ἄλλος omiſſum vitioſe in Pat. 1. p) αὐτῷ per lenem in M. Vi. it. ed. A. al. v. N. q) M. Ba. ἀεὶ αὐτῷ τὰ ἀρ., ſed M. Vi tantum ἀεὶ v. N. r) M. Ba. σωτήρια· οἷς λ. et ſic eſt colon etiam poſt διεφθ. *Mart.* v. N.

noſtrum locum Abr. ad Aeſch. 1, 300. e. et 659. i. propter ἀλλὰ poſt ἄλλος pro ἀλλ' ἤ aut ſimpl. ἤ, cf. Ern. ad Hom. 'Οδ. γ', 377., aut pro εἰ μὴ, Lat. *niſi*, v. L. N. T. Krb. p. 36. m. Nr. 4), quanquam hic, relatum ad pr. οὐκ, manere pro adverſativo poteſt, et cum Bg. e P. ſervari, cf. Gatak. de ſtilo N. T. c. 22. p. 122. G. (quem et excerpſerat Leisn. in Vol. aliquo,) ubi Noſtri locus vertitur bis „*cauſa* mortis *huiusmodi* nullus *fuit* alius, *niſi* ipſe *ſibi*. — Quanquam non decrunt forte, qui dicturi ſint, ἀλλὰ iſtic in uſitato ſignificatu adhiberi, et ſubeſſe ellipſin aliquam, q. d. *mortis eiusmodi* illi *autor* — ita enim malim αἴτιος, quam *cauſa* reddere, — *nemo alius* fuit: *ſed* ipſe *ſibi* ſcilicet *autor extitit*.“

αἰεὶ) In Mss. nihil, quam gloſſae, prima in expleto pron. αὐτῷ, quod, non agnitum a P., ad plenam ſententiam etiam Bg. addit, Noſtro id omittente, credo, tum quod facile mente ſuppleri poſſet, tum ne poſt §. pr. iterum rediret, ſicut non facile ob vicinitatem excidit, ſed iam 1, 9, 15. ad αὐν. a Ms. obtruſum. Sed altera gloſſa multo manifeſta magis in adv., ut ap. Heſ. 1, 147. e. αἰεὶ, ἀεὶ, cum Noſter in uſu vocis vulg. imitetur aeque proſaicos, ac poëtas, v. Ind. Thuc. v. ἀεὶ et ad eum p. 208. N. 76. D'Orv. Ch. p. 133. e., ad Luc. 2, 206. N. 33. p. 925. N. 71., ad Herodt. p. 353. N. 16. it. p. 738. N. 19. e., ubi ſine Var. L. eſt 147, 35., ſed pro αἰεὶ in textu variat quoque ἀεὶ per gloſſam ap. Thuc. 162, 19. 208, 76. 219, 91. 225, 34. 57., contra αἰεὶ pro textus ἀεὶ 257, 83., cenſente Schutzſl. ad Long. p. 57. m. „Atticos demum pro αἰεὶ communi dicere coepiſſe ἀεὶ“ cf. Fi. Aeſch. 3, 11. e. cum Ind., ſed ſine eo ap. Xen. Ageſ. Bach. 11, 12. m., Polb. T. 3. p. 37. m. Exc. e l. 10. e. Phil. in Flacc. p. 756. ult. Dem. 11, 22. 13, 9. et 12. 15, 16. 20, 7. 22, 23. 27, 5. 37, 17. 42, ult. et 43, 17., ſed tamen et ἀεὶ 49, 19. 50, 5. 51, 26. 57, 24. 65, 3. et 5. 68, 18. etc.

οἷς μὴ π.) Redundat οἷς. *Steph.* Expungendum οἷς, ut ſuperfluum, vel enclitice legendum σωτήριά οἱ, i. e. αὐτῷ, *ei ſalutaria*, ut Schottus adnotat. *Sylb.* Bergl. exprimit illud οἷς. Sed hoc delendum videtur. Tum certe elegantior erit conſtructio, et mollius fluet oratio. *Leisn.* Dele οἷς, vitioſe redundans. *Reisk.* Illud οἷς delendum videtur. *Stroth.*

Leisn., in Bg. Ms. *bis* uncis includens, in marg. Ox. iterum „dele illud οἷς“ ſed Sch. „dubium, an ſit maſc., num neutr. Steph. cenſet, omnino redundare“ quo quis ſe facillime expediat, ut et per illud ure, ſeca, pro quo lenius illud Sb., ſane etiam in proſa uſitatum, v. Stp. Th. Bud. C. 30, 50. Ael. V. h. 1, 3. e. p. 7. N. 5. et Ind. Xen. Cyr. Z., ſed forte ad litteras vicinius οὐ, ſic legendo, συμβουλεύουσι — ἡμῖν — σωτήρια οὐ μὴ πειθόμενος, cum e littera υ facile oriri potuerit ις, et ſententia exiſtat optima conſtructioque, *ſuadentibus* nobis *optima* et *ſalubria* minime *parens*, quo ſenſu οὐ μὴ, pro ſimpl. negativa, aut vehementer negante

Digitized by Google

„βιοὺς δὲ, ὡς, οὐκ [f] ἀγνοεῖτε, ὑπὸ πλήθους ἀποπνιγεὶς [t], διεφθάρη. τὸν μὲν οὖν κατ- 14. ἔλαβε τέλος τὸ πεπρωμένον.

sed vivens, quemadmodum non ignoratis, nimia copia suffocatus, interiit. Illum quidem oppressit finis fatalis.

f) M. Ba. et Vi. οὐχ ὡς ἀγν. v. N. t) ἀποπνιγ. Ox. 2. mendose.

notum, cf. Stp. Th. 2, 909. G. 1533. B. sq. Bud. C. 1316, 20. L.N.T. Abr. ad Aesch. 1, 100. Dev. p. 296. Dawes. Misc. Cr. p. 222. Eur. Alop. v. 1. et Dem. 53, 4. sine Ind. Mox in v. β. (ubi Sch. „quum *viveret*" deserto quoque P.) non tenet Stp. Th. hunc aor. cum exemplo, cf. Ind. huc. Luc. Ael. V. h. Herdt. Dem. cum L. N. T. et Hes. non coll. Suid.

ὡς οὐκ ἀγν.) Leish. in marg. Ox. „euphem." sed ut simul contemtus quidam sit hic in eo praeteritionis genere ab animo loquentis inimico, ut in Mss. re absurda transpositio, forte ex aliis Nostri locis, cf. 1, 15, 19. in., tenente Stp. Th. formulam negantem pro aiente, (quam P. libere sequitur, peritiusque pro simpl., quam pro quorundam emphasi *bene, probe nostis*,) ex uno loco Dem., quem ignorat Ind. cum his 77, 25, 153, 11. cf. Ind. Luc. et infra ad 4, 5, 3.

ὑπὸ πλ.) Totum hoc membrum ὑ. πλ. ἀπ. propter priora participia debet mente post διεφθ. poni iterum, P. sequente Sch. in subst. partim „a nimio *cibo* potu *que*" quae potius est explicatio, quam Vers., a Bg. severius curata, omissa quidem praep., sed uno servato subst. cum adjuncto adi.; dum habet Stp. Th. „πλῆθος i. q. πληθώρα, i. e. plenitudo, humorum, in primisque sanguinis, in corpore redundantia; quo forte referri aliquis posse existimet, quod Herodi. l. 2. dicit, ὑ. — δ., ubi Pol. vertit, —. Nisi pro πλησμονὴ accipere malis, ut sit, quum *nimio potu cibo que* se explesset" quae posterior sententia verior est e 2, 1, 7., ut πλ. sit h. l. copia cibi ac potus, s. alimentum copiosius, quod l. l. erat ἡ ἀκόρεστος καὶ ὑπερβάλλουσα ἐκείνου τροφὴ, it. intemperantia in cibo potuque, quas notiones tenet L. Ern. modo in v. πλησμονὴ cum Stp. Th., ubi 3, 376. G. e Xen. rep. Lac. „ὑπὸ πλησμονῆς βαρύνεσθαι" 2, 5. sine Ind. Z., ed. Th. V. 2. p. 530. *ut* prae *repletione* non *gravetur*, sed ap. Ael. V. h. Ind. et Vers. ad latus 9, 26. e. μή ποτε διαῤῥαγῇ ὑπὸ πλησμ., ne *nimia* saturitate *dirumperetur*, pro qua Noster suum posuerit, cf. Foes. Occ. p. 310. b. e., ubi fere cum Bg. redditur πλησμ. *nimia* ciborum *abundantia*, et „πλησμονὴ ἀντὶ τοῦ πλήθους sumi videtur" quo in nostro subst. ibi nihil, quam illa Stp., nec per Indd. aliquid de hac notione, medicis, ut videtur, propria, cf. de v. pass. ἀπ. L. N. T. Sed Lat. Sch. *periit* ad v. διαφθ. utitur P. demum in sq. membro, contractior in hoc, unde Bg. omittit mox οὖν, at τὸν sumit per pron. syn., (cf. ap. poëtas non tantum, ut Hom. Ἰλ. ά, 401. quo pertinet Hsy. τὸν - τοῦτον, sed etiam in prosa, ut Xen. Cyr. v. Ind. cum N. et Ael. V. h. v. ὁ e.) severior in formula κ. τελ., quam 1, 9, 23. e. Caeterum tamen ap. Beg. 2, 683. est numus, serie quartus „Commodus *Consecratus*."

τελ. τὸ πεπρ.) Vox poëtis admodum familiaris. Sic Hom. Ἰλ. 3, 309. ὁπποτέρῳ θανάτοιο τέλος πεπρωμένον ἐστὶν, cf. 15, 209. 18, 329. Theocr. Id. 24, 80. Anacr. od. 23, 10. Hes. Theog. v. 465. 475. *Stroth.*

Sch. „περατόω, *finio*, pass. praet. per sync. — fatalis *terminus* eum *invasit*" e P. reddente Stp. Th. sub eodem themate 3, 232. G. e. „πεπρωμένος, *fatalis*, fato *destinatus*, Hom. (loco primo Stroth.) Xen. quoque

„οὐδὲ γὰρ μία, οὐδ' ἡ αὐτὴ[u] „πᾶσιν ἀνθρώποις θανάτου „αἰτία[x]. διάφοροι δὲ οὖσαι,

Neque enim una eademque cunctis hominibus mortis causa, sed cum sint diversae,

u) M. Ba. οὐδ' αὐτὴ πασ. v. N. x) Colon hic in Srp. rel., ut data in M. Bg.

πεπρ. τέλος, *fatalem* vitae *exitum* dicit, quemadmodum et Herodi. l. 2.“ tacentibus Indd. meis Xen., et rel., ubi tantum alia in πεπρ. aut περατ.; cf. Hom. Hes. Orph. Callim. it. Dem. Iof. 1, 519. e. Epict. H., P. Aes. Hs. it. Suid. 3, 78. e. Hes. 2, 9, 6. e. it. in similes formulas Fi. Ind. Aesch. v. χρεών. Caeterum Leisn. in marg. Ox. comparabat „Virg. Aen. 4, 696.“

οὐδὲ γ.) Ms. res in omisso articulo vel lapsus scribae, vel ingenium, quia prius adi. etiam nudum, cum tamen in altero alia causa sit et usus frequentior in αὐτὸς cum art.; cf. alibi, e P. mutante Bg. negativam alteram in copulam meram eum alio ordine, cf. Iof. Ant. prooem. i. οὐ μίαν, οὐδὲ τὴν αὐτὴν — αἰτίαν, *non* unam, *nec* eandem — *causam*, Dem. 205, 26. ἕν τι καὶ τὸ αὐτὸ πᾶσιν ἀεὶ βουλομένη πράττειν, et Luc. 3, 405. l. 2. καὶ τὸν οἶνον δὲ αὐτὸν πᾶσι τοῖς συμπόταις ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι; *vinum vero* ipsum *convivis* omnibus *unum* idem *que* esse *impera*.

διαφ.) Infra c. 5. (2, 5, 9.) παντὶ γὰρ ἀνθρώπων βίῳ ἀνάγκη τέλος ἐπιτεθῆναι; omni *hominum* vitae *necesse est* finem *imponi*. Caeterum ex Dem. or. π. στεφ. iterum expressam hanc Herodiani sententiam autumat Schottus Obs. h. 3, 12. Verba oratoris sunt, (cf. sq. N.) Cui congruit illud Eurip. κατθανεῖν δ' ὀφείλεται καὶ τῷ κατ' οἴκους ἐκτὸς ἡμένῳ πόνων, (quorum prima modo reperi ap. Eur. Andr. v. 1272.) et alterius vet. poëtae ap. Stob. serm. 272. ὅταν γὰρ ὁ καιρὸς τοῦ θανεῖν ἐλθὼν τύχῃ, Οὐδ' ἂν πρὸς αὐλὰς Ζηνὸς ἐκφύγῃ μολών. *Boecl.* Mortis causae aliae aliis quidem sunt: sed cunctae tamen ad eundem vitae finem tendunt. συντελεῖν est una perficere, ex consequenti adiuvare, ut ap. Ael. V. h. 13, 1. v. R. ad Luc. T. 2. p. 243. (N. 49., ubi mendose δυνάμενον et *poterat*.) Schottus Obs. hum. 3, 12. p. 142. notat, hanc sententiam a Demosth. π. στεφ. sumtam, πέρας μὲν γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστὶ τοῦ βίου ὁ θάνατος, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὐτὸν καθείρξας τηρῇ, *omnium* hominum *vita* morte *finitur*, etiamsi *quis* in *corte* conclusum *tueri* sese *studeat*, (*se servet*, *teneat*.) Locus est de Cor. p. 326. C. Secundum Ulp. p. 73. οἰκ. dicitur cors. Dicit igitur, etsi mutarit vitae rationem, etsi gallina esse putetur, morietur omnino, tametsi lucem fugiat et se occultet. *Leisn.*

Ad Dem. 258, 19. v. R. Or. V. 9. p. 237. et Harl. p. Cor. p. 240. it. ad Cic. Or. p. Sext. c. 21. m., respiciente Nostro aeque ad Dem. 1306, 25. πᾶσιν ἐστιν ἀνθρώποις τέλος τοῦ βίου θάνατος, sed faciente Sch. cum Bg. in διαφ., cf. fine Vs. hinc Bud. C. 735, 50. post „συνήκω, desino, *coëo*, — idem paene συντελῶ, (et 876, 24. post) σ. *eodem* tendere et pertinere“ et inde Stp. Th. v. i., etiam adeo servata lectione alia cum artic. τοῦ βίου, post „σ. simul ad finem tendo, s. ad eundem finem tendo, (sed et simpliciter) una tendo“ (ob adiuncta diserta εἰς ἓν τ.) allato simili loco Aristot. διάστασις, διφυὴς μὲν οὖσα, πρὸς μίαν δὲ συντελοῦσα ἀρχήν, non recte perimente Bg. praepositionem, quae valeat hic illa Lat. *simul* s. *una*, et Lat. *contendere*, cum sermo sit de pluribus, quo et tendit liberum P. *cunctae*, cf. Luc. 2, 558. N. 91., cum eadem praep., sed diverso sensu, Ind. Dem. Xen. Hell. Mor. Thuc. v. ξυντ. Dion. H. S. T. 1., ubi et cum

„εἰς ἓν τέρμα βίου συντελοῦσιν.
„ἀλλ' ἀντ' ἐκείνου γὰρ ὑμῖν
„ἄγομεν ἡμεῖς τε καὶ ὁ δῆμος
„ὁ Ῥωμαίων [y] ἄνδρα τὴν μὲν
„ἡλικίαν σεμνὸν, τὸν δὲ βίον

ad unum vitae terminum tendunt. 16. *Verum enim pro illo vobis adducimus ipsi ac populus Romanus virum aetate gravem, vita sobrium, in-*

y) M. Ba. ὁ δῆμος τῶν Ῥωμ. et post ἄν. comma est ib. *Mart.* Comma hoc nullibi per edd., sed ὁ articulus omissus in B. et Pat., v. N.

acc. rei, sed alia notione Rs. Or. V. 4. Diod. S. Geop. Long. Mor. Ael. V. h., cum praep. eadem et dat. perf. Xen. Cyr., sed solo cum dat. perf. Iof. 2, 337. l. 4. et cum dat. rei Alciphr. 3, 71. e., cf. Abr. Dl. Th. et ad Aesch. T. 1. it. syn. συντείνειν Eur. Ino v. 19. et Dem. 145, 23. 299, 17., non tenente Stp. Th. subst. τ. cum gen. β., sed solum τ. pro τέλος ζωῆς ex Hes. 2, 1367. m. sine N. et exemplo, quod habeo e Luc. 1, 503. l. 72. ἄχρι πρὸς τὸ τ. εὐδαιμόνως διαβιῶναι, *vitae* ad *metam* usque *feliciter peractae*, pro quo l. 69. τὸ τέλος τοῦ βίου, in quo ipso subst. omittitur alias ille gen., ut in nostro, silente L. Bos. Ell., quocum est tamen, sed cum artic. sine discrimine, ap. Xen. rep. Lac. 10, 1. ἐπὶ τέρματι τοῦ βίου, Th. V. 2. p. 549. *ad* vitae *metam*, sed ap. Ael. V. h. 2, 35. i. *in* extremo *vitae*, ut absque artic. syn. ap. Eur. Phoen. v. 1361. τέρμον' — βίου, terminum *vitae*, severo Lat. in ed. Valck. ap. G. Th. cum Gr. n., quod de aliis rebus v. Ind. Fi. Aesch. Xen. Cyr. Z. Ael. V. h. Luc. Dion. H. S. T. 1. Soph. Ai. Orph. Phocyll. Theogn. Arist. Kust., qui est locus Suid. 3, 450. i., ignoratus Kust. et Stp. Th., dum Bg. post bene resolutum particip. οὔσαι per Lat. *eum*, pro etsi, opprimit illud P. *tamen* in altero membro, sed ad Nostri sententiam respicit Cort ad Sall. hist. 1, 15. p. 940. *unum* omnibus *finem* natura — *statuit*, ubi in N. sine Gr. tantum „multae viae, unus exitus“ cf. Xen. Cyr. Z. 5, 1, 12. μυρίων δ' οὐσῶν μηχανῶν ἀπαλλαγῆς τοῦ βίου, οὐκ ἀπαλλάττονται, Th. Vs. V. 1. p. 267. i. quum *rationes* infinitae *sint* e *vita* excedendi, *non* tamen *excedunt*.

ἀλλ') Leisn. in marg. Ox. „quasi esset ἀλλὰ θαῤῥεῖτε“ respiciens ἀλλὰ, quoad censetur habere usum in hortando s. excitando et dici elliptice, in primis cum γὰρ, v. Hoog. Op. p. 8. Nr. 17. p. 12. Nr. 1. p. 15. Nr. 8. p. 18. sqq., ubi tamen et sunt exempla distracti, ut h. l., ἀλλὰ γὰρ, interpositis quibusdam, p. 19. m. 21. Nr. 4. p. sq. Nr. 5. it. ad Vig. p. 458. b. e. Abr. ad Aesch. 2, 111. e. Dev. p. 19. m. Rs. Or. V. 5. p. 237. N. 17. Orph. Arg. v. 528. Bud. C. 1264, 13. Stp. Th. 1, 336. D. sed sine Lat. Bg., qui bene statim iungit pro simpl. P. *verum*, (cf. 1, 8, 5. m.) e quo retinet Bg. reliqua, sed pron. ἡμεῖς haud dubie sumit, ut αὐτοί, pro nos ipsi, (quo de alibi,) tacente Stp. Th., propter ut redundet, nisi quatenus est in oppositione cum ὑμῖν et ὁ δ. ὁ Ῥ., ubi Ms. formula, in artic. alio et ad gen. relato, per vulgarem rationem, e glossa est, ducta ex aliis scriptoribus, cf. 1, 10, 10., nec ap. Nostr. usurpata, sed, quae hic habetur, iterum infra 8, 5, 15., ut comma post ἄνδρα per se tolerabitur, acceptis adi. sqq. pro participp.

τὴν μ. ἡλ.) v. Annot. ad ἡλικίας σεμνότητι 2, 1, 20. *Steph.* qui in Th. 1, 1452. C. m. subiicit hunc locum sine Vs. his, ubi „ἡλ. ponitur pro aetate senili, (et p. pr. G. e. sine numeris,) unum addo, Herodianum, quum

„σώφρονα, ἀρετῆς δὲ τῆς ἐν *dustria in rebus gerendis peri-*
„ἔργοις ἔμπειρον [z]. ὧν οἱ μὲν 17. *tum: cuius vos quidem*

z) M. Ba. ἐπειδὴ αὐτ v. N.

dicit ἄνδρα τ. ἡλ. σ. et ἡλικίᾳ σεμνοτάτους, it. ἡλικίας σεμνότητα, ad senilem gravitatem mihi videri respicere" sed in adi. σ. neque Bg. Lat. tenet, nisi 3, 751. F. i. et e., nec exemplum cum acc. tali rei, oppressa κατὰ, quod est ap. Luc. 1, 682. l. 81. σεμνός τις εἶ τὴν πρόσοψιν, *habes* vultum *venerabilem*, reddente Bg. e P., cf. de annis Pertinacis 1, 1, 5. m. et 7. Aut. Vict. ep. 18, 3. et Capit. c. 4. T. 1. p. 539. i. *factus* est *sexagenario* maior *imperator*, et Angl. ap. Heyn. H. 4, 1027. e.

τῆς ἐν ἔργ.) i. e. in rebus gerendis. *Stroth.* ut Bg., rectius iterum, (cf. 1, 5, 25.) quam P., quem deserit quoque Sch. „ἀρ. *virtutis* bellicae *peritus*, (in artic. cum praep. formulam mutans in adi.) τῆς ἐν ἔργ. *operosae*" sed Stp. Th. in" ἐμπ. „*militaris* disciplinae *peritum*" e P., praeter gradum alium, quod adi. hic capiatur pro simpl. gnarus, aut melius pro Lat. *compos* et *praeditus*, ob adiunctum subst., quod Bg., (ductum forte e Capit. in Pert. c. 2. T. 1. p. 535. m. ex *quo* eminente *industria*, it. c. i. p. 532.) ap. G. Th. „σπουδὴ, ἀρετὴ, φιλοπονία, Gl. Lat. Gr., studium et diligentiam notat, — Cic. pro l. Manil. 29. — *industria* in *agendo*" quam aliunde Cl. Cic. v. *diligentia* e. bene explicat, ut sit „alacritas et studium in labore suscipiendo, urgendo et perfetendo" et, quae simplicia Niz. habet, sedulitas et labor, nobis *Arbeitsamkeit* s. *Aemsigkeit*, ad quam rationem redigetur Gr. subst. ἀρ. hactenus, ut vocabulum generis et amplioris notionis stet pro forma et peculiari quadam virtute; quanquam equidem potius id h. l. ceperim pro facultate, arte ac scientia, cf. Fi. Aesch. Ind. et laudatos in Exc. ad 1, 1, 3. e., et totam Nostri formulam ἀρ. τ. ἐν ἔργ. pro 1, 2, 9. i. πολιτικὴν ἀρετὴν, et pro facultate negotiorum gerendorum publicorum, et reipubl. administrandae, sumendo τὰ ἔργα sensu angusto, ut τὰ πράγματα, et Lat. *res*, sicut in Ind. Fi. Aesch. v. e. „οἱ ἐν τῷ ἔργῳ γινόμενοι, qui *in* rep. *versati sunt*" pro quo Noster adhibuit plur., forte e Lat., quo et spectet Bg. phrasis, a G. Th. non explicita, cf. v. *res*, pro negotio, 172, 86. sqq., ut comparo etiam Nostri ἐμπειρίαν τῶν πραγμάτων, v. c. 1, 1, 9., it. 5, 5, 2. πραγμάτων ἄπειρος et 4, 12, 1. πολιτικῶν πραγμ. ἀπειρως ἔχων, et formulam ἀρ. τῆς ἐν ἔργ. explico, ut alibi, ut praep. cum subst. sit pro adi. cum Sch., quasi dicas ἀρετῆς ἐργώδους s. ἐργατικῆς, vel pro gen. subst., ἀρετῆς τῶν ἔργων, quae tamen non reperi alibi, sed alio sensu extremum modo ap. Lys. Or. R. V. 5. p. 91. i. in Ind. sine Vers., sed in N. non severe, pro *praestantia* s. *excellentia* rerum *gestarum*, et ap. Diod. S. 2, 33. e. διὰ τὴν ἐν τῷ στρατηγεῖν ἀρετὴν, singularis *exercitus* ductandi *virtus*, qua de demum in sqq. memoratur ap. Nostrum, ubi et formulam illam per particip. Cic. supra reddas, *in agendo*, quae elliptica, addito subst. *negotio*, ducat ad Bg., qui in subst. ἔργ. assumere videtur aliquod particip., v. c. πραττομένοις, cf. Capit. c. 12. p. 565. quos Commodus *rebus* agendis *imposuit*; sicut Noster respicere potuit severum Lat. *in actibus*, i. administrationibus negotiorum publ. et munerum, cf. G. Th. 220, 71. et supra 2, 1, 9. de Pertinace ipso ἐν πολλαῖς στρατιωτικαῖς τε καὶ πολιτικαῖς εὐδοκιμήσας πράξεσι, nobis ut sufficiat *erfahren* s. *kundig* in *der* Kunst *zu regieren* s. *Regierungskunst* s. *Staatsverwaltung*." Denique Ms. res per sapientiam Glos-

„πρεσβύτεροι καὶ τῶν στρατιω-„τικῶν αὐτοῦ παρατάξεων [a]„ἐπειράθητε [b], οἱ δὲ λοιποὶ τῆς	*veterani etiam militaria acta experti estis, caeteri autem*

a) πράξεων Mss. tres, v. N. b) Comma hoc modo in B. 2. L. et Ed., sed colon in Stp. rel. et punctum in al., v. N.

satoris est orta, sed cum accentu pravo, cf. Suid. 3, 365. e. σπουδαῖος, σοφὸς, λ.

ὧν οἱ μ.) Bg. e P. pron. duo ὧν — αὐτοῦ mutat in unum οὗ, expleto simul in v. ἐπειρ. pron. ὑμεῖς, et neglecto adeo ὧν, quod respicit remotius §. pr. ὑμῖν, pro severiori, *quorum vos quidem*, vel etiam sine pron. *vos*, ut sane formula οἱ μὲν et οἱ δὲ cum secundae pers. verbis negligi in Lat. debet, quoad pron., quae ad se relata requirunt post ἐπειρ. modo comma in constructione secundi membri eadem, et quia ὧν simul pertinet ad οἱ δὲ λ. — ἰσχ., sequente Bg. Lat. P. in πρεσβ., de militibus hic aptissimum et solenne, ignorantibus huuc usum Stp. Th. et L. Ern.

παρατάξεων) Pro hoc vocab. aptius legemus πράξεων, ut paulo post (2, 3, 4.) ἐν ταῖς στρατιωτικαῖς πράξεσι, et supra (2, 1, 9., quem locum paulo ante dedimus,) atque alibi passim. *Sylb.* Pol. virtutem *bellicam*. Videtur legisse πράξεων, quod et Sb. aptius putat. *Scheid.* Apparet, a Bg. probati coniecturam Sb. *Leisn.* Pro καὶ ante τῶν στρ. legendum ἐπὶ, sed παραταξ. tuebor, quorum testes vos fuistis, quotquot annis estis provectiores, in aciebus, quibus ille, ut miles adhuc gregarius, interfuit. *Reisk.* Magis placet Codicis lectio πράξεων. *Stroth.*

Nos quidem causas addemus, quare vix abstinuerimus, quin lectionem Mss. reciperemus, et coniecturam Sb., qui et in Ind. hinc „παρατάξεις pro πράξεις.“ Nam primo sane P. videtur sic in suo Cod. habuisse, et Bg. idem reddidisse, tum facilis fuit confusio, maxime imperito scribae, ut et alibi contigit, cf. Ind. Diod. S. v. πρ., porro Noster respexerit locum illum de Pert. 2, 1, 9., cum et hic agat de partibus laudum illius duabus, sed per variationem ordine inverso, denique idem Noster praeterea adi. et epitheton στρατιωτικὸς adhibet de πράξεσιν, ut ibi, sed nunquam de παρατ. vulg., quocum non tenet id Stp. Th., e Nostro plane in v. h. tacens, et habens vulg. semper absolute positum, ut ap. Nostrum, cf. Ios. Ael. V. h. et Luc., sed cum epitheto ἰσχυρὰ et ἐπιφανὴς ap. Diod. S. 1, 240. l. 28. et p. 269. l. 17., cum adiuncto subst. aliquo ib. p. 22. l. 1. et Ind. Dem., et per miram rationem ap. Aesch. Or. R. V. 3. p. 481. e. ἐκ παρατάξεως μάχῃ κρατήσαντες, *acie* instructa, *in* pugna *vincentes*, sine explic. in N. et Ind., nisi glossema μάχῃ quis putet, denique in notione extra bellum Ind. Dem., R. Or. V. 4. et Dion. H. S. T. 1., cf. Suid. 3, 40. i. et Hes. 2, 871. i. De Rsk. rebus, incerta est illa explicatio de Pertinace milite gregario, cum aeque cogitare liceat de eo, ut duce, cf. 2, 1, 9., tum correctio ista in ἐπὶ pro καὶ non est necessaria, quanquam nec P. καὶ exprimit, liber ille tamen et per hanc regionem alias, et denique de ὧν rectio et sensus aeque commodus nobis est ante monstratus; aberrante etiam Sch. in „*ex. experti* estis *ordines*.“

οἱ δὲ λ.) E contextu et pr. opposito οἱ λ. facile intelliguntur milites iuniores; hauriente Bg. e P. hic et in sq. πολ. casu alio de Lat. ratione, per quam servatur participium Gr., ubi Sch. plane cum Sb. Ind. „*prae-*

„πόλεως ἐπάρχοντα τοσούτων „ἐτῶν ἀεὶ διὰ τιμῆς τε καὶ θαύ„ματος ἔσχετε. δίδωσί τε „ὑμῖν [c] ἡ τύχη οὐ βασιλέα μό„νον, ἀλλὰ καὶ πατέρα χρη-

18. *urbi praefectum tot annis semper in honore et admiratione habuistis. Datque vobis fortuna non principem solum, sed et parentem bonum.*

c) ἡμῖν M. Vi., it. edd. A. al., v. N.

fecturam urbis *gerentem*" non huc spectantibus Bud. C. 189, 5. et Stp. Th., ubi tamen et Bg. Lat., non veto de rectione monirum cum gen., pendente a praep. in v. In rem de τοσ. ἐτ., nihil definir Capit. c. 4. T. 1, p. 538. *post hoc praefectus urbi factus; in qua praefectura post Fuscianum, hominem severum, Pertinax mitissimus et humanissimus fuit, et ipsi Commodo plurimum placuit, quia* Cos. *esset* iterum, *quum Pertinax factus est*, sic legendo, pro *ille*, quae vox facile orta e maiusculis litteris illius *Cos.* compendii, pro *consul*; e quo simul constitui possint anni istius praefecturae, quam acceperit anno, priusquam excederet Marcus, cf. ib. N. 1. Cas., atque adeo A. V. C. 932., et servarit ad annum illum 954, quo exeunte imperator factus, er hinc ad tredecim annos, cf. Almelov. Fast. Coss. p. 141. e., cum sumi possit, praefecturam et in hoc Pertinace fuisse perpetuam, v. Krbs. lib. singular. de praef. urb. Rom. p. 20. m., in primis, cum Pertinax a Commodo in aliis cultus sit nec male tractatus, cf. supra 2, 1, 10., diserte tradentibus Angl. ap. Heyn. H. 4, 1029. i. *ward* er — *endlich* Befehlshaber *von* Rom, *welches* Amt *er* (auch noch) *bekleidete*, als *Commodus* umgebracht *wurde*, non repugnante N., sed laudante „Capit. 1—4. Dio l. l. 3. sq." aliter forte sentiente Schotto in lib. l. p. 12. i.

διὰ τιμ.) In formula Gr. severior hic Bg., quam 2, 1, 16., reddente Sch. ad sensum in praep. „cum v. ἐχ. — δ. τ. *honorare*" ut ad Vig. p. 568. a. m., addito, „δ. θ. ἔχειν, *mirari*, (et toto Nostri loco converso,) *urbi* praefectum *tot* annos *semper* honorastis *et* mirati *fuistis*," suo loco servato adv., secus ac ap. P.; e quo et casus quartus in τοσ. ἐτ., ubi Bg. dederat, ut alibi, eodem sensu; Stp. Th. per omnia tacente, et formulam tenente neutr., nec me, ut Noster forte scripserit ad analog. modo, etiam Lat., quoad primum subst. quidem, a G. Th. solum prolatum in v. *hab.* 857, 93. sine explic., sed ab Ind. Luc. v. διὰ syn. ex 1, 691. l. 70. δ. τ. αὐτὸν ἐκείνη — ἦγε, *in* honore *illum* ipsa *habebat*, et 3, 367. i. δ. τ. ἦγον αἰδούμενοι καὶ θαυμάζοντές με, in *honore* me *cum* veneratione *atque* admiratione *habuerunt*.

διδ. τε) Malim γε. *Reisk.* Sine magna necessitate, quanquam confusis istis duabus voculis saepe, et P. etiam referente in suo *igitur* δὲ aut δή, cum vulg. τὲ non raro usurpetur in re nova et post punctum, ut Lat. Bg., per vetustam simplicitatem in nectendis enunciationibus, eadem mente mox sequens, ubi Bg. libere ad sensum, in rel. e P., sententiam suam repetente Nostro, cf. 1, 5, 13. et ad πατ. χρ. aliter Bg., quam 1, 4, 21.

ὑμῖν) Confudit multimodis haec aliaque complurima barbara pronunciatio, quantumque saevierit pestis haec in libris Gr. antiquis, saepe ad alterius verba voce praeeuntis, ab orthographiae ignaro vel Graece

„σόν[d]. εὐφρανεῖ τε[e] ἡ τοῦδε „ἀρχὴ οὐ μόνον ὑμᾶς[f] τοὺς ἐν„ταυθοῖ[g] δορυφοροῦντας, ἀλ„λὰ καὶ τοὺς ἐπὶ ταῖς ὄχθαις „τῶν πεταμῶν, καὶ τοὺς ἐπὶ „τοῖς ὅροις τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς

17. *Laetificabit quoque huius imperium non solum vos, qui hic estis stipatores, sed etiam eos, qui in ripis fluviorum et terminis Romani imperii*

d) Hic comma in B. 1. R., v. N. e) M. Ba. τὲ ut alibi. f) M. Ba. et Vi. οὐχ ὑμᾶς μόνον v. N. g) M. Ba. et Vi. ἐνταῦθα v. N.

parum docto librario, manu exaratis, non ignorant, qui variarum lectionum, in Gr. auct. editionibus quibusdam adiectarum, immo cumulatarum, rationem habuerunt. Ac toleranda esset quidem haec labes, si manifesta ubique esset depravatio: sed eiusmodi est frequenter, velut hoc ipso loco, ut, quae ab auctore profecta sit lectio, decernere tuto nequeas. *Loc.*

A sensu sane nihil momenti fuerit ad definiendum, sed e Mss. rei, qui cum P. consentiunt in vulg., ut iudicium fiat e plurium sententiis.

οὐ μον. ὑμᾶς) Mss. ordo alius est e vi manifesta, (maxime ob *οὐχ*, e dissimili *οὐ* factum,) et contra P., et e mera glossa, ut redeat idem ordo, qui §. pr., cum tamen Noster variare voluerit, reddente Bg. fere cum P. in pron. *τ.*, non item in v. *εὐφρ.*, quod ap. G. Th. in Lat. eius, ignorato a Stp. Th.

ἐνταυθοῖ) Mss. glossa manifesta, ut Hes. 1, 1259. i. *ἐντ.*, *ἐνταῦθα*, v. N. 3., ubi Schol. Hom. similiter, tacente hinc Stp. Th., sed cum bona auctoritate, it. in v. *δορ.*, cui add. Schol. Thuc. Suic. Th. Bud. C. D'Orv. Ch. p. 71. v. 3. Ind. Xen. Cyr. et Luc., it. Zos. 6, 2, 2. *ἐδορυφόρουν, ὡς βασιλέα*, *ceu* principem, *solito* satellitio *comitantur*, ubi deest pron. *αὐτὸν*, quod exprimitur ap. Dion. Cas. 1, 702. l. 57. *τοῖς δορυφοροῦσιν αὐτὸν*, *stipatoribus*, pro quo solo subst. Bg. hic resolvit particip. per pron. et formulam v. subst. cum nom., manens simul in v. Gr., absolute posito, dum non addit simul gen. *eius*, a supplendo illo pron. *αὐτὸν* e pt. *βασιλ.* cf. 2, 4, 8., quod verius, quam Sch. suppletus acc. rei „*δορ. ἀρχὴν*, (ut liberior P. ad *τ. ἐντ.*, qui decepit tamen Sch., ut in artic. *ὁ* poneret) *τ. ἐντ. praesentes*" sine particip. *δορ.*, quasi hic esset formula illa articuli cum adv. pro aliquo adi.

τοὺς ἐπὶ τ. ὄχθ. — κ. τ. ἐπ. τ. ὅρ.) Illos *riparios*, hos *limitaneos milites* appellant Lat. recentiores. *Sylb.* Ad ostia quoque fluminum praesidia collocata erant, sicuti ad fines imperii, quae naves hostiles aut piratas arcerent. *Strotb.*

Leisn. in m. Ox. signarat „Lips. de Magn. 1, 4." qui liber Op. T. 3. primus p. 23. tractat de copiis et praesidiis sparsim circa limites, ubi deinde legiones certae memorantur dispositae in Hispania, in Gallia ad Rhenum, in Africa, in Aegypto, in Syria ad Euphratem, in Maesia et Pannonia ad Danubium et in Dalmatia, cf. Analect. ad milit. Rom. ib. p. 376. e., ubi tamen non huc respicitur, nec in Graev. Th. T. 10. a Nic. Berger. p. 218. s. 11. de imperii Rom. limitibus, qui late ibi exponuntur, ad orientem et in Asia ut sint Indi aut Euphrates, ad occidentem, ubi Oceanus Atlanticus alluit oras Africae, Hispaniarum et Gallia.

„ἱδρυμένους, οἳ τὴν πεῖραν αὐ- „τοῦ τῶν ἔργων φέρουσι[h] διὰ

positi sunt, qui experimenta factorum eius gestant in me-

h) M. Ve. et Vi. οὐ φερ. v. N.

rum, it. Britanni cum Oceano Britannico, tum ad meridiem Aethiopes, Mauritaniaque, vergens ad occidentalem Aethiopiam, tum aliae incultiores regiones Africae, usque ad orientales Aethiopas, cum Elephantine et Syene in Aegypti interioribus, denique ad septentrionem et Aquilonem Sarmatae, it. Rhenus cum Danubio, quibus iungitur et Britannia, usque ad Caledonios, qui hodie Scoti sint, et Palus Maeotis, quatenus ad Aquilonem vergat; unde et, qui fluvii hic a Nostro innuantur, apparet, etiam illud, non diversa poni ab eodem, nisi ab alia parte spectata, ripas et terminos, eosdemque illos esse Sb. milites, de quibus v. G. Th. v. utr. et *ripariensis*, ubi „erant milites, qui in imperii limitibus excubabant pro tep. adversus barbaros, puta in ripis Danubii, ad tuendas Pannonias adversus Sarmatas, et in ripis Euphratis, adversus Parthos. Herodi. 6,“ ex Alciato, qui tamen et ripam Rheni saltem, (si non etiam Tigris,) addere debebat, adversus Germaniae populos praesidium quoque tenentem, cf. 6, 7, 12. sqq. it. 2, 11, 8. sq., ad Vopisc. T. 2. p. 520. b. N. 2. sq. it. p. 663. a. N. 2. „limitanei et ripenses iidem, — limitanei et ripenses in ripa per cuneos constituebantur“ it. ad Spart. T. 2. p. 113. *locis*, in *quibus* barbari *non* fluminibus, *sed* limitibus *dividuntur*, N. 6. „quid appellat *limites?* Nam et flumina pro limitibus. Rom. imperium alibi limitibus, a natura positis, claudebatur, alibi arte constructis. Prioris generis sunt mare, h. e. Oceanus: nam Mediterraneum, paucis exceptis circa Pontum et Maeotin, orbis Romanus capiebat totum: flumina magna, ut Danubius et Euphrates, vel aliquando Rhenus et Tigris, it. montes, ut in Asia Taurus. — Addit Herodi. (l. l. postr.) terras desertas et solas. — Posterioris generis sunt fossae, castra, arces, concaedes, stipites, muri“ P. sequente Sch. partim in „ἱδρ. collocatos *super* terminos *imperii*, defendendi causa“ nec monente de ellipsi subst. στρατιώτας, cf. l. l. postr.

τὴν πεῖρ.) διὰ μν. φέρειν, ut δ. χειρὸς, δ. στόματος, pro ἐν χειρί. In m. Ox. *Leisn.* Inepta est Cod. lectio οὐ φ. Caeterum huic loquendi generi simile est illud, cum infra c. 9. (2, 9, 18. e.) dicitur ἔφερεν ἐπὶ γνώμης. *Stroth.*

Ibi quidem, si lectio salva est, universe formula adhibetur de animo, sed h. l. sensu angustiori et de parte quadam veluti animi mentisque facultate, quam Bg. reddit e P., it. N. ad Vig. p. 568. a. e., sed partim Stp. Th. in subst. μν. i. „φ. δ. μ.“, memoria *tenere*, ap. Herodi.“ sine numeris, sed cum iis in v. φ. 4, 82. i. sub notione pro tenere, per meminisse s. recordari, ut Bud. C. 541, 14. „οἱ — μν., i. e., oblivisci non possunt, meminerunt“ quorum neuter aliam auctoritatem tenet, ut nec ego, praeter affinia διὰ μν. εἶναι et δ. μ. ἔχειν Ind. Luc. et Ael. V. h. v. δ. e., it. δι' ὀργῆς φέρειν et δι' ὀργ. ἔχειν Ind. Dion. H. S. T. 1., ad quorum analogiam Noster hic se composuerit, ut Bg. ad affinia, v. c. *gestare* in *sinu*, it. *gerere* in *oculis*, cf. G. Th., ubi modo, praeter P. ac Stp., in v. et subst. maxime „*habere* in *memoria*, i. meminisse“ at nihil in altero subst. *exper.*, quam Gr. π. et Lat. *specimen* inter alia, quo sensu, it. pro documento, sumserim hic Gr. π., cf. Stp. Th. aliunde, Ind. Xen. Mem.

„μνήμης. τό τε γὰρ[i] βάρ-
„βαρον οὐ χρήμασιν ἔτι θερα-
„πεύσομεν, πεῖρα[k] δὲ, ὧν

moria. *Nam nec barbaros pecuniis amplius captabimus, sed post experimentum*

i) In M. Vi. γὰρ deest. *Loc.* ut in M. Ba. τότε β. sic vicinius, sine commate, ut in ed. Bg. 2. R. cf. N. et 1, 13, 4. i. l) M. Ba. πεῖρα mendose.

S. et Thuc. p. 89. e., quod alterutrum Lat. requirat etiam adiunctum subst. τ. ἔργ., nec ipsum cum illo π. ap. Stp. Th. iunctum, aut aliunde mihi notatum, ubi Bg., fere cum P., pron. ὧν. ordinat, ut et aliter, quam §. 16. e., reddit, variante Nostro pro §. 17. τῶν στρατιωτικῶν αὐτοῦ πράξεων, omisso adi., quod hic suppleas, quo de sensu militari s. bellico cf. 1, 5, 25. et Stp. Th. aliunde, e P. partim ducente Sch. in π. „ἔργ. τινὸς δ. μν. φ., experientia *edoctum* res *alicuius* praeclare *gestas* memoria *retinere.*“ Sed Mss. οὐ, ortum e repetitis litteris pr. ων, repugnat tum M. Ba. et P., tum historiae, quia Pertinax etiam illis militibus ad ripas limitesque innotuit per praefecturas istorum locorum, cf. 2, 1, 11.

τό τε γ. β.) Omissum in Mss. γὰρ nec comparet in P. *neque vero,* quae referant potius τὸ δὲ βαρβ., aut saltem τό τε β., cum ille τὸ saepe per δὲ reddat, sed ad sensum liberum, cum in nova re etiam τὸ valeat, id que solum sufficiat quoque sine γὰρ, ut 1, 5, 26., quo respicit Noster etiam quoad sententiam hic extremam, et forte Ms. auctor etiam, si γὰρ non est e sq. syllaba βαρ, sed ab Herodi. ipso, qui debeat ita caussam reddere enunciationis remotioris §. pr. i., et cur gratum futurum sit imperium Pertinacis riparienfibus et limitaneis, quia barbari, tam fortem ducem et iam experti, et propterea verituri, non sint vexaturi terras Romanorum vicinas, sed quieturi, nec pecuniam capraturi, sed sese subiecturi ultro; quae fuerit saltem aliqua series, forte et a Bg. cogitata, dum, servato γὰρ, copulat τὸ cum οὐ, ut transponendo fiat quasi οὔτε, et totum οὔτε γὰρ τὸ βαρβ., expedituris se ex h. l. facile iis, qui censent, τὸ cum γὰρ aut redundare, aut esse Lat. *etenim*, pro simpl. γὰρ, cf. 1, 4, 3., ut de τὸ β. pro universis Romanorum hostibus 1, 15, 15. m., hic non certo definiendis, nisi e variis in pr. §. propositis ripis ac limitibus.

ἔτι θερ.) Hic ut adv. in Bg. Vs. omissum restituimus, a P. per Lat. aliud servatum, ita Leisn. in Bg. Ms. signavit „θ. demulcebimus“ ubi Stp. Th. e P. 1, 1540. A. m. post „θ. simpl. pro conciliare“ quae notio hic sufficit, it. pacare et in suas partes trahere, quo et tendit Bg., non adhibitum ib., nec in L. Ern., sed ap. G. Th. cum Gr. n. 748, 94., quanquam non cum subst. nostro, quocum iterum ap. Zos. 1, 3, 3. χρήμασι τὰς οὔσας αὐτῷ δυνάμεις θεραπεύων, pecuniis *suas* copias *demulcens*, cf. ib. 1, 19, a. Thuc. 89, 45. Misc. Obs. A. N. T. 3. p. 8. Ind. Xen. Cyr. et Sb. In sq. Sch. partim e P. „π. *experientia*, πειρ. quae *perpessi sunt* ab *eo*, στρ. *eo* duce *existente*“ in quo v. cf. Stp. Th., ubi Bg. plane cum P. formulam mutat in subst. affine ac pron., sumens hoc pro τούτου, sed de suo resolvens abl. περ. per miram praep., at cum eodem opprimens Gr. praep. πρ., pro leveris, *sed* experientia *eorum*, quae *ab* eo *passi sunt*, exercitum *ductante*, s. cum adhuc dux esset exercitus, cf. Dem. 58, 11. οἷα — πειρ. ὑπὸ τούτων. Caeterum Leisn. in m. Ms. Bg. „non legit ergo Bg. ὧν πρ. ἐ., sed illud πρὸς omittit“ quae hactenus tantum vera sunt.

„πρὸς αὐτοῦ πεπόνθασι στρατηγοῦντος, φόβῳ ὑποτάξονται[l].“ Τοιαῦτα δὴ λέγοντος τοῦ Λαίτου, μὴ[m] κατασχὼν ἑαυτὸν[n] ὁ δῆμος, μελλόντων καὶ ὀκνούντων ἔτι τῶν στρατιωτῶν, Σέβαστόν τε ἀναγορεύει, καὶ πατέρα καλεῖ, πάταις τὲ

eorum, quae hoc duce perpessi sunt, metu subiicien-
21. *tur.* Talia scilicet dicente Laeto non continens se ipsum populus cunctantibus et dubitantibus adhuc militibus, Augustum illum declarat et patrem appellat, ac faustis

l) Schott. Ms. ὑπετ. *Sylb.* v. N. m) In M. Ve. deest μὴ — στρατιωτῶν. *Zan.* etiam, monente Loc., in M. Vi., v. N., ut μὴ omissum vitiose in B. 1. n) M. Ba. ἑαυτοῦ v. N.

ut ille non verterit quidem praep. πρ., ut iam dixi antea, sed tamen ad sensum dederit eandem in formula sua, in v. *perp.* cum abl., quae par est illi praep. cum gen., variante Nostro partim cum illis 1, 5, 26. e. ὑπὸ τῶν πεπειραμένων.

φ ὑποταξ.) In Ms. nihil, quam solennis error in ε et υ, Stp. Th. e P. sumente „fut. pass.“ sed Sch. „med. fut.“ cum eodem Lat., ut et Bg., ubi pass. sit resolvendum in med. s. act. cum pron., quae med. vis commodior videtur ob adiunctum dat. φ., cf. Dres. de V. med. p. 487. e., at med. fut. pro pass. supra 2, 1, 17., tum alibi de synthesi in subst. collectivo τὸ βαρβ. sing. cum v. ὑπ. plur., proprie ut hic ex acc. illius subst. repetendum sit pron. αὐτοὶ in nominativo.

τοιαῦτ. δὴ) De Ms. alio casu in v. κ. cf. 1, 15, 1., sed hic in partem contrariam, reddente Sch. fere cum P. „κ. ἑ. *quum se cobiberet*“ ut Bg. In v. ὀκν., etiam ap. Stp. Th. aliunde, sed G. Th. „cunctationem et haesitationem cum in sententia, tum in faciendo significat“ nobis *Bedenken tragen* s. *haben*, cogitantibus et deliberantibus, et propter cogitationes et res aliquas dubias et periculosas non statim agere, aut non libenter, quod postr. hic malim ob adiunctum simul μελλ., temporis notionem iam habens, dum de discrimine nihil cogitat Stp. Th., sed tantum 2, 872. B. „Herodi. aliquoties μ. et ὀ. copulat“ sine loco, nec aliunde, cf. tamen Dem. 25, 6. et cum alio syn. Ind., cui add. 120, 11. 138, 13. 120, 7. Caeterum alia dixit Laetus etiam ap. Dion. 1226, 18.

μὴ κατ. — στρατ.) Male haec absunt a Cod. *Stroth.* scriba totum versum transiliente, hic sine causa probabili, et cum Mss. tel. etiam P. servante vulg., unde Bg. in sq. Σεβ. addit pron. αὐτὸν s. ἐκεῖνον, et reddit rel., praeter γερ., ubi plane sic Sch. „*prosequitur*, s. *ornat* eum *f. accl.*“ ut Stp. Th. aliunde, (cf. Ind. Dem. Xen. Bach. et Cyr. it. Luc.,) qui e P. in v. ἀναγ. 1, 29. i. post praefixum Lat. Bg., cf. 1, 1, 7. Exc. et Ind. Xen. Pol. Z. cum Lat. *appellare*, ut sit i. q. sq. hic, per variationem, maxime quoad compos. et simpl., non repetente L. Ern. illud Bg., sed rel. Stp., ut *publice* pronunciare, ubi notio secundaria magis sit e v. ἀγορ., quam e praep., tacente de ea etiam N. ad Vig. p. 559. a. m., cf. Ind. Gem. Pleth., et ad Thom. M. p. 68. N. 5., ut silet Stp. Th. hinc in Σεβ., quo de cf. 1, 1, 5. cum G. Th. in Bg., respiciente Nostro in κατ. ad §. 18., cf. Capit. c. 5. T. 1. p. 540. eadem *die*, qua *Augustus* est *appellatus*, et

γεραίρει εὐφημίαις. τότε καὶ[o] οἱ στρατιῶται οὐχ ὁμοίᾳ μὲν προθυμίᾳ, τῇ δὲ ἐκ τοῦ παρόντος πλήθους ἀνάγκῃ[p], (καὶ γὰρ ἦσαν πανταχόθεν ὑπὸ τοῦ δήμου περιειλημμένοι[q], ὀλίγοι

22, omnibus acclamationibus ornat. Tunc et milites, non simili quidem alacritate, sed coacti, propter praesentem multitudinem, necessitate, (etenim erant undique a populo circum-

o) In Ms. Ba. καὶ abest. *Mart.* v. N. Et mox post ςρ. per edd. nullum comma, et tacite etiam in Mss., sed in M. Bg. data. p) In M. Ba. parenthesis signa utrinque nulla. *Mart.* ut in edd. quibusdam. q) περιειλημένοι Ing. mendose, v. N.

Flavia Titiana *uxor* eius *Augusta* est *appellata*. *His horis*, *quibus ille in Capitolium vota solvebat*, *primus sane omnium ea die*, *qua* Augustus *est* appellatus, *etiam* patris *patriae* nomen *recepit*; quanquam haec proprie pertinent ad senatum et ad Nostri 2, 3, 6.

τότε καὶ) Ms. καὶ pro *etiam*, saepius iam omissum, ostendit P. clare, ut Bg severiori Lat., h. l. pro praeter s. post plebem, it. in subst. προθ., quo Lat. et Stp. Th. reddit aliunde, cuius notio ex Hes. 2, 1030. m. pro laetitia huc commodissima, de nostra quidem ratione ad pr. §. ἐκν., quorsum Noster respicit, post parvum adeo intervallum repetens sententiam, sed cum variatione, cf. G. Th. in Bg. cum Gr. n., quanquam et simul procedit notio pro promtitudine s. animo promto, i. cupido et celeri, qui pertineat maxime ad pr. §. μελλ., quae utraque conveniunt oppos. sq. membro, dum coguntur ad agendum quid, qui nec cum voluptate, nec statim agunt, ubi P. liberrime, sed Bg. praeclare, abl. reddens per formulam, cf. 1, 4, 12. i., (Sch. manente in simpl. *necessitate*,) et praep. ἐκ in notione causae, pro qua tamen et valet propria, ut ap. Ael. V. h. 12, 47. e. τὴν ἐκ τοῦ Διονυσίου ἀνάγκην καταλέξασα, *necessitatem* illam *a* Dionysio *exponens*, severe, sed 14, 24. e. προβαλλόμενοι — τὴν ἐκ τῶν ἐπειγόντων ἀνάγκην, praeferentes — *ex* urgentibus *rebus* ortam *necessitatem*, non male expleto particip. γενομένην s. οὖσαν, a quo pendeat praep., pro ἀπὸ s. ὑπὸ sumta, cf. L. N. T. Schw. p. 82. N. 1. e., G. Th. tantum proferente 412, 70. *mihi de memetipso tam multa dicendi* necessitas *quaedam* imposita *est* ab *illo*; tandem eodem sententia redeunte, sed bene explente P. in πλ. gen. τοῦ δήμου, quae pars mox iterum variatur, cf. §. 10. πανδ.

καὶ γ.) Leisn. in m. Ox. „per duplex μ, non simplex, quod ab εἰλέω, volvo" forte respiciens ad Ing., quae Var. L. occurrit et alias, cf. ad Arist. Plut. Hsth. p. 385. b. N. 24., ignorante Stp. Th. hoc particip., ubi Sch. „*comprehensi* undique *a populo*" cf. Ind. Ael. V. h., ubi pass. et cum solo gen., in quo Kuhn. non recte praep. ὑπὸ intrudit, quae modo supplenda, sicut et gen. ille potest a praep. in v. pendere, hic ut v. ἦσαν trahi debeat simul ad sqq. membra duo diversae rectionis per nominativum adi. ὀλ. et per praep., ubi ὀλ. de Praetorianis, novem aut decem millium corpore, cf. 1, 8, 2., intelligendum e tempore isto et §. 19., cum pauci hic ad castra essent, sed reliqui ad ripas et limites, ad alterum vero de illis inermibus v. per aliam causam 2, 13, 4., hic Bg. e P. formulam adv. s. praep. cum subst. mutante in adi. syn.

τὲ καὶ ἄνευ τῶν ὅπλων, ὡς ἐν [r] ἱερομηνίᾳ,) πλὴν συνεξεβόησαν, καὶ Σεβαστὸν προσεῖπον τὸν Περτίνακα· εἴς τε τὸ ἐκείνου ὄνομα τοὺς συνήθεις ὅρκους ὀμόσαντες [ſ], καὶ θύσαντες,

dati, paucique et inermes, ut die feſto:) tamen una acclamarunt et Auguſtum ſalutarunt 23. Pertinacem: in que eius nomen iurati conſueto more, et re divina facta, laureati,

r) In M. Ve. ὡς ἱερ. v. N. ſ) M. Ba. ὁμ. per aſperum, v. N.

ὡς ἐν ἱερ.) Tacente Strotho, omiſſa in Ms. praep. magis eſt per lapſum ſcribae, quam ingenium corrigentis ad Lat. rationem, quae poteſt carere praep. in caſu temporum, ut Bg. fecit, nimium diſcedente P.

πλὴν) Cum Bg. Lat. hunc locum etiam Sch. ſubiecit illi 1, 15, 14., ubi tamen alia cauſa erat, et πλ. poſt εἰ καὶ in media oratione, cum hic ſtet poſt parentheſin, et in reditu ad priora et ſolum, non praecedente particula aliqua relativa, quo de cf. Rsk. ad Polb. p. 58. e. et 551. e. Ind. Polb. L. Ern. et N. T. Schw. p. 1111. a. e. it. Munth. p. 155. et de Lat. Bg. in Cl. Cic. v. e. Tum in v. ε. Sch. „*una cum* illis *acclamarunt*, Auguſtum vocantes“ e P. fere, maxime in pron. caſu ſupplendo, pro quo tamen ſeverior ſing. αὐτῷ, relatus ad pt. τοῦ δήμου, cum ſumens καὶ pro explicativo, ut in ſq. oſtendatur, quid clamarint, ignorante hoc v. Stp. Th., non item L. Ern. „una cum alio ſ. aliis proclamo“ mihi non alibi repertum, ut tamen ad analog. aliorum, ſic compoſitorum, Noſter ſcripſerit, in primis illius συνεκφωνεῖν ap. Longin., ut variavit pro §. pr. ἀναγορ. in ſq. v. πρ., ubi Stp. Th. modo „interdum pro ſalutare“ at Sch. „vocarunt *Auguſtum*“ fere e P., etiam hic Noſtro tantum ad analog. dicente, cf. Ind. Dem. R. Or. V. 4. Ael. V. h. et Luc. Caeterum in numo, neſcio, unde „Imp. Caeſ. P. Helv. Pertin. Aug.“

εἰκοτ.) Cf. e Xiph. ſupra ad §. 5. m. ἀρωγ., variante Noſtro in comp. v. ἀν.° cum ſimpl. §. pr., (omiſſis hic adiunctis ὑπὸ τούτων ſ. τούτοις.) et in v. ſq. προσδ. pro ſyn. ἐλπ. 1, 5, 10., iuncto iterum, ut ibi, adv. ῥ. ambigue, ordinem Gr. ſervante Bg., cum Stp. in m. videatur ad v. ὑπ. trahere, qui ſequuntur cum P. Lat. rationem in pron. aſpero, it. fut. tempus cum v. πρ., quod et h. l. tacite ſervant Mss., ex confuſione orta lect. edd. rel., non tenente Sb. Ind. v. ὑπ. in med., nec Stp. Th., qui modo formulam ſimilem novit per act. 1, 293. E. m. „metaph. dr. res etiam aliqua nobis parere, pro ſuccedere ex animi ſententia, Luc. ἐπειδὴ ὑπήκουέ μοι τὸ πρᾶγμα" Ind. e 2, 762. e., ubi ſine N. alia lectio ἐπεὶ δὲ λ., *cum* vero *obediret* mihi *negotium*, cf. Abr. Dl. Th. p. 631. e. cuius e Thuc. ſine Ind. 422, 91. εἴ τι ἄλλο — ῥᾷον αὐτοῖς ὑπακούσεται, *ipſis* facilius *parerent*, per med. ambiguum, de re, an perſ., quod non amplius tropice repertum de re, at de perſ. ap. Xen. M. S. Ael. V. h. et Luc., ſed in act. de re etiam ap. Foeſ. et Schw. L. N. T. in N., nihil ferente G. Th., quam v. *parere*, cum Gr. n., quoque de re, nec tropo tamen explicato, ſed in Bg. ferente N. 3. προχωρεῖν, ubi tropus alius, ad ſententiam vero idem, cf. 1, 10, 8., quocum Noſter quodammodo variat, ut pro 2, 2, 8. e. act. per med., cui hic pron. reciproci dativus perſ. diſerte adiunctus, ut maneat act. nudum, niſi per pron. aliud iuves aliudque v. tropicum, v. c. ſibi *daturas*, dedituras *eſſe* ſe *res*; quibus intelligit ſucceſſionem in regno, et adeptionem eius, cum variis rebus, eo pertinentibus, periculis, impedimentis, quae obediunt, dum ad voluntatem eveniunt, removentur et ſuperantur. Sic Beg. 2, 686. ad numum „Peſc. Nigri, — ap. Herodi. *omnia* ſibi *ex* animi *ſententia* iactavit *ſucceſſura*" e P. Vs. ubi 3, 128. alius quoque numus eiusdem, ſed ſine Nota; praeter quos notaram, neſcio, unde, numum alium „Imp. Caeſ. C. Peſcen. Niger. IVS."

τῷ) Bg. partim e P., (cf. §. 2.) qui negligens in κ. μ., etiam in ſq. formula τ. π. αὐτ. ϛρ., ubi Bg. ſaltem aliquod pron. refert, in v. ἀμ. tempus impf. ex eo ſervans, ubi Sch. „contemni, minus curari ab aliquo" fere cum Stp. Th. aliunde, et G. Th. cum Gr. n., reſpiciente Noſtro partim ad §. 4. m. et hac §. deinde καταφρ., ſed hic ut malim ſubſtituere *non magni facere* nec *amare*, nec *tueri velle*, variante Noſtro cum 1, 2, 5. e. τοὺς π. ἀ. δορυφόρους. Mox in δ. Bg. e P. libere, ut ſupra reddiderat ὡς et ἅτε cum particip., ſeverius autem Sch. „ideo, quod" fere cum Stp. Th. aliunde, qui pauper, nec ſollicitus de ellipſi pron., pro διὰ

ὑπό τε τῶν περὶ αὐτὸν ςρατιωτῶν ἀμελεῖσθαι, διότι τὰς ὑποσχέσεις οὐκ ἐπλήρου τῶν χρημάτων [f], ὑπό τε τοῦ δήμου καταφρονεῖσθαι, ὡς ἀνάξιον [g], ἧς ἐώνητο [h], ἀρχῆς [i], ἐπιδίδωσιν αὐτὸν [k] τῇ τῆς βασιλείας ἐλ-

suis militibus negligeretur, ut qui promissiones pecuniae non impleret, et a populo contemneretur tanquam indignus illo, quod emerat, imperio, tradit se ipsum imperii spei: ac pri-

f) Hoc comma in A. et Pat., pro colo Stp. rel. et inde depravato puncto Ing., ut parenthesis a διότι — χρημ. in Bs. 2. al. v. N. g) Modo hic comma, non item post ἐων. comma in Bs. 2. L. v. N. h) ἑων. per asperum in Ms. Ba. et in edd. A. cum Bs. 2. mendose. i) Comma hoc in Ms. Ba. et A. al. pro colo Stp. rel. v. N. k) Sic per asperum quoque Ms. Ba. cum A. al. pro αὐτ. per lenem Stp. rel. v. N.

τοῦτο, ὅτι, cui vicinius Lat. *propter ea quod*, quod verius, quam aliorum δι' ὅ, τι, v. L. Ern. et N. T., nominatim Schw., Suid. Ammon. Vig. cum N., Hoog. Op. Ind. Thuc. in text. et N. cum Abr. Dl. Auct., Wess. ad Diod. S. 1, 63. N. 74., cuius Ind add. 2, 34. l. 71., Xen. M. S. The. Fi. Luc. Long. Mor., corrigente Rsk. sine causa Dem. 243, 21. Harl. pro Cor. p. 158. N. 92., sed Ind. nihil tenente, cf. 163, 24. 243, 21. 447, 8. 669, 27. sq. 877, ult. 1035, 5. 1333, ult. In sq. ordinem Gr., ob laevitatem a Nostro delectum, Bg. deserit perspicuitatis causa, severior in formula cum Sch. in „ὑπ. *promissiones* pecuniarum *implere*" qui in v. πλ. cum P., quo variare Nostrum diximus pro §. 2. e, formulam tenente D'Orv. Ch. p. 653. i. sine auctore, quem alium habui modo in Zos. 2, 10, 11. τὴν ὑ. αὐτῷ πληρώσας, *eo* promisso *impleto*, ut syn. ap. Luc. 1, 497. ult. οὐκ ἐπιτελέσαντος τὴν ὑ., *quod* ad *constitutum* non *venerit*, melius reddente Poss. Call. p. 336. i. ex Isocr., cum P. vero Stp. Th. 3, 386. G. hinc tantum, nec proferente, nisi Lat. „Sic Plin. *implere promissum*, et Cic. *complere* prom." e quo fonte hauserit Noster.

ὑπὸ — καταφρ.) Respiciente Nostro ad §. 4., tenet Stp. Th. in hoc pass. aliunde rectionem, dum Bg. mox in ἧς λ., quam P., severior, partim que cum Sch. „pass., sed sign. act., *emerat* principatum" ignorante tempus hoc Stp. Th., et me tenente modo similia, cf. Hes. 1, 1570. e. Suid. 1, 781. m. Ind. R. Or. V. 6. 7. Is. 8. And. Dem. The. Fi. et Aesch., Dion. H. S. T. 2. Poss. Call., ubi, propter gen. ἀρχ., ab ἀναξ. pendentem, commata post ἀν. et ἐων. fecimus, sed non bene dant edd. signa parenthesis in διότι — χρημ., cum Noster adhibuerit concinnitatem duplicis generis, apertam quidem in membris duobus per bina ὑπό τε λ., sed tectam, dum ad enunciationem plenam e genere causarum, διότι — χρημ., retulit membrum imperfectum, ὡς — ἀρχ., per particulam causalem et adi., quo expleto per particip. ὄντα, et sic resoluto in tempus finitum, *quia* indignus *erat* illo rel., artificium Nostri apparet.

ἐπιδιδ.) Variat Noster cum §. 1. e. per syn. pron. recipr., quod, alio spectantibus P. et Stp. in m., clare refert Bg. cum Ms. Ba., dum rel. Mss. videntur, tacentibus Excpt., servare lenem spiritum, quo de alibi pro aspero, sed ut in v. ἐπιδ. falcem ob constantiam et superiora loca debuerit

πίδι. καὶ τὰ μὲν πρῶτα κατ' ὀλίγους [l] ἡγεμόνας τὲ καὶ χιλιάρχους, τούς τε τῶν στρατιωτῶν ἐξέχοντας [m] οἴκαδε μεταπεμπόμενος, διελέγετο καὶ ἀνέπειθε, τὰ ἐκ τῆς Ῥώμης δηλούμενα φανερὰ [n] ποιῶν, ὡς ἂν

10. mum quidem sigillatim duces ac tribunos et ex militibus eminentiores domum arcessens alloquebatur et sollicitabat, quae Roma nunciarentur, edocens:

l) Nullum comma hic in Ms. Ba. et edd. A. al. sed aliquod in Stp. rel. v. N. m) ἐξεχόντων leg. mendose e pr. finitione. n) φανερῶς π. Ms. Ba. et Ve. v. N.

servari asper; tropum in formula removente P., sed aliter Stp. Th. 1, 997. C. e. post aliam lect. in αὐτ. per asperum sine Vs., sub Bg. phrasi „q. d. animum suum illa spe duci sinit. Ita enim interpretandum ibi censeo“ sed ne sic quidem sine tropo, quem h. l. ob pr. προσδοκήσας aliter resolvas, quam privo v. sperare, ut sit, spem non opprimere in animo, sed retinere ac persequi, et facere omnia, ut ea impleatur, et propter illam; quae insunt et his, ap. G. Th. non repertis, spei se permittere, indulgere, obsequi, parere, servire; cum Stp. me non tenente formulam aliunde, ex analog. forte effictam modo, sed affine quid e Dem. Ind. in subst. „πείθεσθαι ταῖς ἐκείνων ἐλπίσι, a pollicitationibus eorum, et a spe, ab ipsis proposita, se pati duci“ ut cum Stp. Th. nec habui aliunde ἐλπ. cum subst. v. β., nec G. Th. quid simile, cf. tamen Ind. Iust. *in spem regni adductus.*

κατ' ὀλ.) Simili Lat. formula adverbii Bg. usus 1, 10, 6., dum tacet P., sed ego omisi comma, ut liberum esset, trahere velis ad proximum v. μετ., an ad sq. v. διελ., ut e P., in rel. libero, Bg. retinet modo praep. ad τῶν στρ., ubi gen. potest pendere a praep. in v. ἐξεχ., vel ab oppresso pron. τινὰς, quod adiunctum erat 1. 8, 11., quanquam alia in rectione, cf. ib. de Bg. gradu altiore et ad χιλ. Ind. Sb. cum Xen. Cyr.

οἰκ. μ.) *domum* arcessens *colloquebatur*, et *in* suam *sententiam* adducebat. *Steph.*

Qui recte sic P. errantem in v. μετ. emendat, ut, praeter Sch. in „οἰκ. domum *ad se* aliquem *arcessere*, ἀν. in *suas* partes *trahebat*“ quoque Bg., adhibens et supra suum Lat. ad v. ἀν., in quo Noster cum §. pr. i. variat tantum notione, (quae hic in malam valet partem,) opprimens in utr. v. pronominis αὐτ. casus diversos.

φανερὰ) Rectius, quam in Ven. *Stroth.* a Glossatoris inscitia, non ferentis duo adi. et acc. in vicinia, per soloecismum, cum v. π. requirat adi., non adv. in rectione quidem cum acc. rei τὰ δηλ., ubi P. deserit etiam Sch. „*quae* renunciabantur *Roma*, π. reddens *manifesta*“ sed in φ. cum Bg., fere e P., ap. G. Th. modo cum ἐκδιδάσκω privo v., in quale pro phrasi inclinat quoque Stp. Th. in φ. i. „Xen. φανερὸν ποιῶ, declaro, Herodi. l. 2. τὰ — δηλούμενα, (sic cum distinctione alia,) φ. π. manifesta *faciens* s. aperta, s. potius uno v. aperiens s. patefaciens. Dem. pro eodem dicit φανερὸν καθίστημι“ sed et ταῦτα — ποιήσαντες τοῖς Ἕλλησι φ. 129, 6. sine Ind., ubi nec illud Stp., sed alia exempla nostrae formulae,

διαθέουσα ἡ γνώμη[o] ἔκπυστα	ut dimanans fama vulgaret
καὶ γνώριμα ποιῇ[p] τοῖς τε στρα-	ac notificaret cum militibus
τιώταις καὶ τοῖς λοιποῖς κατὰ	tum reliquis per orientem

o) Ms. Ba. habet etiam. *Mart.* etiam Mss. rel. cum edd., sed φήμη Ing., v. N. p) M. Ba. colon mendose.

quae haud dubie i. q. privum v. φανερεῖν, et h. l. indicare voce et coram, ut pr. δηλ. scripto et litteris, cf. cap. sq. §. 8., variante Nostro in hoc δηλ. pro §. pr. i. διαγγελθ., sed Stp. Th. ignorante pass. et cum pr. ἐκ adeo, quam non, ut hic, cum nomine loci, sed tamen cum v. δ. habui ex Or. R. V. 7. Ant. ἀδύνατον, ἀλλαχόθεν, ἢ ἐκ τῶν πραχθέντων δηλοῦσθαι, de praep. cum subst. urbium proprio nominatim nihil monente Stp. Th., at Poss. Sy. p. 112. i., cf. L. N. T. Kt. Nt. 3. et Schw. p. 429. b. i. cum N. 3.

δ. ἡ γν.) For. ἡ φήμη. *Steph.* Ad γνώμη alludit etiam Pol. Versio, sed ita, ut veriorem etiam lect. φήμη simul exprimat, (ut quam latissime *toto* oriente *rumores* disseminarentur.) *Sylb.* Hic Bg. probat Stephanum, pro γνώμη legentem φήμη, (in Vol. et m. Ms. Bg.) *Leisn.* Non probo Stp. et Sb. emendationem φήμης. *Stroth.*

Sch. „γν. δ. fama *pervagans*" quod v., cum φ. usurpatum supra 2, 4, 4., cum rel. adiunctis ἐκπ. καὶ γν. π., (quibus duobus variat Noster pro una phrasi pr. φαν. π., coniungens hic syn. vicinius γν. π. et aliud ἐκπ.) valde probabilem facit Stp. coniecturam, e P. tacite ductam, sed a Bg. clare satis approbatam, cum subst. γν. nec sic absolute bene procedat, pro ἡ τοῦ δήμου Ῥωμαίων γν., ut erat §. 9. i., ad quem locum librarius mente respexerit, nec de γν. commode valeant adiuncta ἐκπ. καὶ γν. π., ubi supplendum pron. ταῦτα s. αὐτὰ, ad pr. τὰ ἐκ τ. Ῥ. δηλ. relatum, ut in quo videtur spes nixa Nigri, fore, ut exercitus totus, qui cum eo erat in provincia, et reliqui Orientales homines tanto facilius sibi faverent, si audissent atque cognovissent favorem populi Rom. ipsius et efflagitationem; unde ipse Noster sq. §. subiicit eadem fere explicationis ergo; e quibus, nominatim ex ὅτι μ. αὐτ. ἐξ ἐπ. μν. τ. ἀ., non fuerit magnum argumentum pro vulg. ἡ γν., ad Nigrum ipsum relata, quasi sententia istius et consilium de imperio accipiendo, cum offeratur et velut obtrudatur, populo Rom. ita volente, palam et conscio eo, nec adeo per insidias, nec clam eo, nec artibus malis, quasi, inquam, hic Nigri animus sensusque dimanans cognita faciat exercitui ac reliquae multitudini orientis aut illa, quae Roma nunciata venerint, aut ista, quae Niger ad duces ac caeteros domi suae aperuerit; praeter quae duo nec in hac secunda expositione expleri quid posse videtur, sed quae ad meum quidem sensum valde contorta est, nec ita facilis, ut prior e Stp. correctione, et vel hinc commendabilior; ut olim haud dubie editurus sim ἡ φ., non admodum a litteris lectionis vulg. abhorrens, qui nunc quidem non habebam eandem alibi confusionem in Notatis, sed tamen in mente, contentus iam his, quae per causas in utramque partem et lect. proposita sunt. Sed Sch. in ἐκπ. „ποιεῖν τι τινὶ, *edocere* aliquem aliquid, (recte ad sensum eodem Lat., quo ante ad φαν. π.) γν. π. nota *reddere*, π. γν. faceret *nota*" sic quoque monstrans syn., ducto postr. e Sb. Ind. v. γν., pro quibus Bg. mutat formulam duorum adi. cum verbo uno in duo ver-

τὴν ἀνατολὴν ἀνθρώποις. οὕτω γὰρ ῥᾷστα ἤλπιζε πάντας αὐτῷ [q] προσχωρήσειν [r], πυνθανομένους [s], ὅτι μὴ αὐτὸς ἐξ ἐπιβουλῆς μνᾶται τὴν ἀρχὴν [t],

11. hominibus. Ita enim facillime sperabat futurum, ut omnes sibi adiungantur, audientes, ipsum non insidiose ambire imperium, sed

q) αὐτ. leni edd. omnes, etiam tacite Mss., v. N. r) Sic Stp. rel. pro A. al. pravo προχωρ. s) Hoc comma fuit in una B. a. L. t) In Ms. Ba. iterum colon.

ba priva, dum copiam Nostri assequebantur aliquo pacto haec ap. G. Th. in v. *notus* e. cum Gr. n. secundo „negotium — *vulgatum* et *notum*, — res *notae* — et *manifestae*, — res *nota* et *pervulgata*“ it. illa v. c. cognita et perspecta; cum in Gr. syn. copulentur e forma et genere, quatenus ἐκπ. auditu cognoscuntur, sed γνωρ. universe, aut etiam mente in primis; nihil me tenente e Stp. Th. v. γν., nisi Lat. *notus*, qui v. ἐκπ. sub Lat. variis, partim a L. Ern. repetitis, et post similem locum e Synes. „μὴ ἐκπ. ποιεῖν λ., non evulgare“ sine Vs. nostrum locum adhibet et e Thuc. Schol., v. Ind., qui explicat φανερούς, quod in pr. vidimus, ut certo substituatur a Nostro syn., quo de ἐκπ. v. Ind. Thuc. cum Abr. Dl. Dion. Cas. et Ael. V. h., it. Bud. C. 159, 32., ubi sine Vs. „Herodi. ὡς ἂν δ. ἡ γνώμη, ἐκπ. καὶ φανερὰ ποιῇ τὰ ἐκ τ. Ῥωμ. δηλ. „memoriter quidem, sed tamen cum nostra supra rectione, Poll. 5, 147. N. 67. et 6, 206., ubi Noster respicitur sine Vs., Hes. et Suid., qui formulam habet, ἔκπυστον μὴ ποιῆσαι τὴν πρᾶξιν, rem illam non *divulgaret*, quam et v. ap. Abr. L. Ar. p. 130., ut alteram ap. Diod. S. 1, 12. i. γνώριμον σφίσιν — ποιῆσαι τὴν περὶ πάντων ἑρμηνείαν, elocutionem *rerum* omnium *sibi* notam *fecerunt*, cf. γν. de pert. Cas. ad Polb. T. 3. p. 501. i. Ind. Xen. Hell. et M. S., G. Chr. R. Or. V. 6., sed de re ib. V. 4. 7. Is. Dem., cui add. 199, 9. 254, 5. Ael. V. h. Luc. Poss. Call. Foes. Suid. et Hes., variante Nostro in κ. τ. ἀν. per praep. cum 1, 2, 9. e. et 2, 1, 9. e., ubi sine elliptico particip. οὖσι severus Bg., cuius Lat. postr. ap. G. Th dubiae auctoritatis, et in secundo tantum haec, *bella* vulgata *per* orbem *famâ*, in hocque subst. et v. *diman.* nihil, quam *canit* — *fama*, — *discurrit*, — *emanarat*, — loquatur *opus*, — *manat*, — hostium *duces* non *occisos* fama *narravit*, — nunciabat, *te esse in Syria*, — *volitans* pennata *per* urbem *nuncia* fama *ruit*, — hanc — *obsessam esse*, — fama *vulgaverat*, quae ipsa analogia Lat. pro lect. Stp. loquitur.

ῥᾷστ. ἤλπ.) Variat Noster iterum modo in syn. v. cum §. 9. i. ἐ. προσδ., ubi Bg. de suo periphrasi fut. utitur, sed cum neglecta temporum consecutione, adhibens praes. *adiung.* pro impf., cum hoc tempore incepisset per *sperab.*, cf. Schell. de stylo p. 173. c) 175. i. 179. e. 181. m., secutus idem P. in pron. aspero ad v. πρ., ob adiunctum v. ἤλπ., dum Stp. Th. fert aliunde Lat. Bg. cum pr. αὐτῷ (cf. 2, 4, 5. e. Luc. Xen. Hell. Thuc. in Schol. cum Abr. Dl. et 150, 37. νομίζοντες — ῥᾳδίως ἂν σφίσι τἄλλα προσχωρήσειν, cum eadem Var. L., tum Dem. Herdt. cui add. 669, 30. cum N. et Zos. 1, 28, 6. e.) sed in sq. v. πυνθ., praeter Lat. Bg. (ap. G. Th. cum Gr. n.) nihil de rectione cum ὅτι, quam v. ap. Ael. V. h. et in L. N, T. Krb. ut sine Ind. cum syn. ὡς ap. Dem. 113, 25.

ἀλλὰ καλούμενος καὶ βοηθή-	vocatum abire ad auxilium
σων ἄπεισι Ῥωμαίοις δεομένοις.	ferendum Romanis roganti-
ἀνεπτόηντο δὲ πάντες u, καὶ 12.	bus. Arrecti autem erant

u) Ms. Ba. hic habuit punctum cum A. Ir. B. I. L.

μνᾶτ. τ. ἀρχ.) Saepius hoc v. utitur Herodi. pro ambire s. affectare. Sic infra c. 9. *τὴν ἐξουσίαν μν.* et l. 3. c. 7. *τὴν ἀρχ. ἑαυτῷ μνώμενον.* *Strotb.*

Stp. Th. „*μ.* generalius pro affecto, ut *μ. ἀρχ.* ap. Herodi.“ sine loco, laudans Bud., qui in Comm. 1226, 9. hunc locum habet sine Vs. et formulam tantum e Nostro, sed Sb. Ind. praeterea e Zos., non amplius repertam, ut v. modo in Ind. Hom. Call. Thom. M. p. 618. Hes. Suid., etiam sub *μνωμ.*, ad Luc. 3, 577. e. it. Fi. Pal. v. *μνηστευ.*, Sch. reddente „occupat, (e P. fere,) ambit, s. affectat *regnum* ex *insidiis*“ non variante Nostro in *ἐξ ἐπ.* cum 2, 5, 12., ubi similiter Bg., qui hic invertit ordinem in *μὴ*, ante pron. positum exquisite, ut Lat., v. c. in illo *non* is *sum*, etc., cf. Hor. Turs. p. 607. m. et e., proferens tamen et alterum ordinem.

καλουμ. Bg., sublato *καὶ*, alterum particip. mutat in aliud cum praep. et phrasin, per alium simul ordinem, quasi sit *καλ. ἀπ. εἰς τὸ βοηθεῖν*, aut simpliciter *καλ. ἀπ. β.*, sine copula, respiciens tamen vel sic ad v. *ἀπ.* cum particip. fut., et ad hendiad., retinensque diversa verborum tempora, nisi quod praes. per perf. dedit, cum posset servare, *vocatum* et *opitulaturum*, deserto P. ad Bg. accedente Sch. „*vocatus* ad opem ferendam“ nisi hic voluit modo definire sensum, cf. §. 5. c. ad *ἐπικ.*, in *Ῥωμ.*, quod P. omittit, variante Nostro sine artic. cum §. 8. m., severo etiam Bg. in oppresso ad v. *δ.* casu pron. *αὐτὸ* s. *τοῦτο*, monente de absoluta hac v. ratione Stp. Th. modo in alia eius notione 1, 915. G. e., non item p. sq. D., ubi P. Lat. aliunde tenet, cf. Abr. Dl. Th. p. 41. m.

ἀνεπτ.) obstupefacti *autem* erant *omnes*. Potest autem *ἀν.* et aliter exponi, ut videbis in Annot. *Steph.* Sic recte Bg., quod P. omittit. Scheid. „P. videtur omisisse in sua Vers. Vulgo redditur, *animo* erecti *erant omnes*, ex Bud. Nihil etiam prohibet, quin usitata signif. explicetur, *consternati* erant *omnes*, Syri.“ V. *πτοιεῖσθαι* vehemens desiderium notat. Anton. 1, (6. m.) *μηδὲ περὶ τὰ τοιαῦτα ἐπτοῆσθαι*, neque circa talia *insano* ferri *studio*. Ap. Hes. (T. 2. p. 1073. i.) *πτοιᾶσθαι* —, *τὸ παρορμᾶσθαι πρὸς τὰ ἀφροδίσια*, valde *incitari* ad *Venerem*, et ap. Call. in Di. v. 191. *Μίνως πτοιηθεὶς ὑπ' ἔρωτι*, v. Spanh. ad h. l. — Quid, si vertas, *caeco impetu* ferebantur *omnes*, s. attoniti erant omnes, s. impatientes erant, v. ad 4, 8, 12. (immo 18. e) et 5, 4, 1. — *ἀνεπτόηντο*, scil. *πρὸς τοῦτο*, i. e. impatientissime hoc appetebant, v. Schultens. ad Prov. 28, 22. Cler. ad Hes. *ἐγγ.* v. 447. et Stanl. ad Aesch. Pr. V. v. 855. *Leisn.*

Qui et cf. ad 4, 8, 18. e., et super simpl. *πτ.* ad Hes. l. l. et 1, 1410. m. Suid. 1, 848. e. 3, 223. m. 227. i. Gat. ad Ant. l. l. it. p. 5. a. A. p. 104. a. F. b. C. 137. e. p. sq. i. Ern. ad Call. l. l. cum Loesn. Ind., Fi. ad Plat. Phaed. p. 174. N. 6. Heyn. Epict. 33, 13. e. Krb. Plut. p. 169. e. Ind. Dion. Cas. et Sb., it. L. N. T. cum Obs. Munth. p. 180. Krb. p. 400. Loesn. p. 478., it. Foes. p. 327. a. e. sed super nostrum compos., quod est haud dubie i. q. simpl., cf. Poll. 5, 72., ad Herdr. p. 683. N. 53. Stp. Th. e Bud. „erigor spe et animo, Herodi. *ἀ.* — *προσέκειντο*, (cum alia, quam

μηδὲ μελλήσαντες προσιέναι- animis omnes, et nec cunctati
το [x] *ἐκλιπαροῦντες καὶ αὐτοὶ* [y] instabant enixe contendentes,

x) Nihil hic in Ox. et Par., punctum in Stp. rel., sed comma in A. al., etiam in Sb., v. N. y) Pron. hoc omissum mendose in B. 2. L., ob sq. ἀντι similes litteras, et post id nullibi comma, v. N.

in ed., distinctione) — πρ., i. e. *animo* erecti *erant*, quasi a consternatione ob rerum novarum nuncium. — Notandum est autem, secundum hanc signif. ἀνὰ sumi, ut in ἀνακαλύπτω, contrario τοῦ καλύπτω" L. Ern. tenente tantum haec „ἀνεπτόημαι, spe varia et stulta erigor" in quam notionem luculentus locus ap. Stp. erat e Plut. ἀναπτοηθῆναι πρὸς τὴν ἐλπίδα, quod reddas *erectos* esse *ad spem*, s. *spe*, ut 2, 6, 16. i. ad ἐρθέντες ταῖς ἐλπίσιν, quasi variet hic pro formula Noster per v. privum; me quidem comparante, ut Suid. l. l. et L. Ern., v. πτήσσειν, ita, ut πτοεῖσθαι sit Lat. percuti, concuti, moveri, commoveri, et, de animo adhibitum, semper explicetur e contextu de motus s. affectus genere certo, ut h. l. valet tum ille spei, tum desiderii cupiditatisque, it. fiduciae, de quibus l. l. dictum; G. Th. non proferente formulam Bg. in particip. cum diverso casu atque adeo sexto, sed tantum eiusdem casus „*arrectae* mentes *stupefactaque corda*, — *postquam* plebis *animos* arrectos *videt*, i. excitatos" ad quem Sall. locum Cort. non est planus, sed magis ad Car. 39, 3. „arrectae *mentes* de iis dr., qui per certamen magna sperant" cf. Ind. Liv., it. v. *erectus* ib., Amm. M. Corn. Nep. et Cl. Cic. Sed adi. π. hic coërcetur modo ad pr. §. 10. orientales milites et homines.

καὶ μ.) ac sine ulla etiam cunctatione instabant, obsecrantes et ipsi, ut res capesseret, i. e. rerum administrationem. *Steph.* Bg τὸ αὐτοὶ refert ad ἀντιλ. Sed si referas ad ἐκλ., tum P. Vers. praeferenda videbitur. Sensus igitur, nec mora instabant ei, rogantes et ipsi, rogantes ultro, ut reip. curam et administrationem susciperet, s. ut pro Iuliano remp. capesseret. ἀντιλ. est proprie pro alio sumere, deinde adiuvare, propugnare, defendere. Praep. ἀντὶ notat pro etiam in compositione. Sic liber descriptus dr. illius, ex quo descriptus est, ἀντίγραφον. Hom. (Ἰλ. λ', 514) Ἰητρὸς — ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, i. e. vir medicus, si permutatio cum aliis mancipiis sit instituenda, quod belli et pacis tempore usitatissimum est, multis mancipiis est aestimandus, unus valiturus plures alios. Hes. ἀντέχεται, ἀντιλαμβάνεται, φροντίζει. Sic Matth. 6, 24. ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται, i. e. *aut pro* uno *stabit*. Sic Luc. 1, 54. Iudith. 13, 5. Hes. (forte ἀντιλαμβάνεται, βοηθεῖ, ubi N. laudat illud Luc., cf. Alb. Gloss. p. 104. N. 46.) Sirac. 2, 6. 3, 12. 12, 4. 29, 12. et 27. (ubi nihil,) 1 Cor. 12, 28. Ps. 83, 8. 108, 8. Act. 20, 35. δεῖ ἀντ. τῶν ἀσθενούντων, *oportet* infirmos *suscipere*, i. e. ruituros fulcire, ducta metaph. ab his, qui porrecta manu aliquem, alioqui collapsurum, fulciunt, ne labatur, sublevare etiam et sustentare. In hoc ergo Herodiani loco τῶν πρ. ἀντιλ. est fessas res et labentes, s. remp. sustentare. Sic Plut. in sympos. dixit, salem τῶν ἐπὶ τὴν φθορὰν φερομένων ἀντιλ., *ad* corruptionem *vergentibus* esse *subsidio*, impedire, ne corrumpantur. Illud Act. 20, 35. videtur esse i. q. 1 Thess. 5, 14. ἀντέχεσθαι τῶν ἀσθενῶν, vel quod Rom. 15, 1. τὰ ἀσθενήματα τῶν ἀδυνάτων βαστάζειν. *Leisn.*

De sacris locis v. Suic. Th. v. ἀντίληψις et in nostro v., ubi et noster locus iisdem Leisneri verbis exponitur, qui in m. Ox. „O. M. XI. p. 30.

ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν πραγ- ut et ipsi rem capesserent.

(et in m. Ms. Bg.) aliter P. et Stp.“ faciente Sch. cum Bg. in μ. et πρ., qui in καὶ copulato vicine cum neg. μ. severior, quam 2, 4, 18. i. καὶ — μήτε, pro quo variat Noster, ubi neg. est pro simpl. μὴ, (ut ap. Dem. e lect. vetere 240, 12. pro ne quidem, cf. Harl. p. Cor. p. 142. N. 38.) aut *etiam non*, quo Stp. inclinat, in Th. 2, 170. D. m. haec tenens „dicimur etiam πρ., incumbere, instare, urgere, in bonam partem, ut quum *precibus* alicui *instare*, Plut. — πρόσκειται δεόμενος, precibus *instat*, Herodi. l. 2. μ. μ. προσέκειντο καὶ ἀ. ἀντ. τ. πρ., instabant *obsecrantes* et *ipsi*, ut *rerum* administrationem *susciperet*, et l. 3 πρ. λιπαροῦντες λ. — Athen. λιπαρῶν δὲ καὶ προσκείμενος, — Greg. δεήσει προσέκειντο“ in v. ἱκλ non respiciens Nostrum, ut in nostro loco operarum vitio omissum ibi est particip. ἱκλ, cum in Vs. expresserit tamen, quod, sublato commate post πρ., explicem per dat. illum Greg., ut syn. illud Plut. δ. particip., et Athen. istud accipiam per hendiad. pro λιπαρῶν πρόσκειται, inverso ordine; sicut et primum v. πρ. commutes in adv. et ἱκλ. in v. finiti temporis, *instanter*, perseveranter, *obsecrabant*, ut explicat G. Th. id adv., it. „cum vehementia et studio, (sed 1156, 58.) *instat* ire *ad eum*, i. perseverat“ Bud. C. 713, 32. proferente nostrum locum sine Vs. sic, ἀν. δ. πάντες, κ. — μ. μ. προσέκειντο, ἱκλ. κ. αὐτοὶ ἀντ. τ. πρ. et e Greg. similem locum illi Stp. καὶ λιταῖς προσκείμενος, λ., ut laudatur Nostri locus uterque, (comparatus quoque Stp. ante, ubi pro comp. ἱκλ. simpl. λιτ. eodem sensu, per variationem,) in Obs. Misc. Nov. T. 3. p. 30., ubi agitur de πρ. pro instare et urgere, et alia haec loca, ad pr. propositam expositionem per adv. apta, λιπαρῶς προσκειμένης τῆς μητρὸς, et φίλων ἐγκειμένων καὶ λιπαρῶς θεραπευόντων, qui locus postr. in mentem revocat illum supra 1, 6, 22. ἐγκειμένων λ., pro quo variat hic Noster per aliud compos. eiusdem thematis, cf. Aes. Fa. „μᾶλλον τῇ δεήσει προσέκειτο, *magis* rogando *instabat*“ subst. dat. verso per syn. particip., Dion. H. S. T. 1. sine Vs. ex 121, 33. ὡς — οἵ τε ἀδελφοὶ προσέκειντο λιπαροῦντες, λ. fratribus *et* ipso *etiam* patre *deprecantibus*, et Dem. „πρ. urgere, instare *flagitando*, — ἐνταῦθ' ἤδη προσκείμεθα ἀπαιτοῦντες“ non bene ad solum v. πρ. adiuncto statim abl. illo Lat. particip., qui demum inest in addito v. ἀπ, unde et L. Ern. per nuda illa Lat. et syn. explicat. Sed Sch. in v. ἱκλ., partim e P. „obtestantes, impense *rogantes*“ cum Bg. fere per notionem secundariam, quo v. non variat Noster cum 2, 3, 11., nisi per tempus et hic omisso pron. αὐτὸν, ob mox idem magis necessarium, ubi κ. αὐτ. cum Stp. traxerim potius ad pr. v. ἱκλ., intelligens κ. per praeterea, praeter Romae incolas, qui §. 5. e. antea rogarant, it. §. pr. e., quibus eum adeo etiam orientales simul orabant hic, accipiens idem formulam ἀντ. τ. πρ. sensu angusto, pro publica negotia, s. remp. et imperium accipere, ut varier Noster (cum 1, 3, 5. m. βασιλείαν παραλαβεῖν, ubi Bg. formulam comparabam similem, hic partim ductam e P. At Ind. Sb. „ἀντελάβετο τῆς ἀρχῆς, cepit, susc.“ e Zos. 5, 46, 9., solum hunc locum proferens, nec quid in subst. πρ., quod Bg. sumserit latiori notione, ut conveniret etiam in orientales milites et homines, quasi rem illam, susceptionem imperii, simul cum Nigro agerent, aggrederentur, adiuvarent;, qua vi sane videtur sumi Gr. formula interdum, cf. Poss. Call., qui bene praep. quoque cum Sb. Lat. reddit, ut L. Ern. Nr. 4. „capesso, Gl. Vet. sulcipio“ quae et sunt ap. Stp. Th. cum formula e Plut. et Dem., cf. Ind., cui

μάτων. Φύσει τὲ[z] κοῦφον τὸ Σύρων ἔθνος, ἐς[a] καινοτομίαν τὲ τῶν καθεστηκότων ἐπιτήδειον.

13. Natura autem levis eſt Syrorum gens et ad novandas res prona. Inerat

z) Sic diſerte in Ms. Ba., ut in Mss. rel. tacite, ſed δὲ Ing., v. N. a) εἰς B. 1., cf. §. 5. i.

add. 9, 12. 199, 5. Bud. C. 776, 50. Ind. Xen. Cyr. Z., ſed Mor. „ſibi vindicare, rel.“ reſpiciens vim med. cum Ind. Polb. et Krb. L. N. T. Nr. 2., non curatam a Dreſ. de V. med. p. 173. 457. e. ubi Noſtri locus ſine Vs. ſubiicitur notioni pro *curam ſuſcipere*, ſ. *curare*, ſub qua habet Loesn. Obſ. p. 92. e. e Phil. in Flacc., et nobis ſignatam e 749. D. m. eandem formulam cum Lat. *res moderari*; eodem redeunte illa, quam Kypk. ponit 2, 364. m., „*negotiis* operam *dabunt*.“ cf. Foeſ. p. 41. a. i. Poll. 2, 154. e. ſq. Suid. 1, 219. m. 224. i. Ind. Thuc. cum Schol. et N. et Abr. Dl., ubi cum pr. περὶ, ut ſit plane pro ſimpl., Xen. Pol. Z. R. Or. V. 6. Hi. Aeſch. Dion. Caſ. et Hal. S. T. utr. Plut. Hſ., Diod. S., cui add. 2, 39. e., et Luc., cui add. 2, 910. l. 87., unde comma de noſtra ſententia ſtabit poſt αὐτοὶ, ſed poſt ἐκλ. e mente Bg., cuius formulam G. Th. ignorat, non item ſyn. illam *remp. capeſſere*, quae et ipſa non ſemper dr. de munere ſuſcipiendo publico, ſed anguſtiori ſenſu etiam, et pro quovis negotio publico curando, cf. Corr. Sall. Ind. et ad Cic. ep. 1, 8, 7.

φύσει τὲ) Scribo φ. δέ. *Steph.* Forte φύσει μὲν γὰρ κουφ. λ. *Reisk.* Vide quae de Syrorum ingenio notavit Coel. Rhodig. 18, 34. et 25, 25. Adde infra Noſtrum 2, 10, (14.) *Boecl.*

Leisn. ad m. Ms. Bg. „Stp. δὲ pro τὲ“ ſcil. videri eum ſequi, quod ſane et P. refert, e quo tacite emendat Stp., tacente Sb. in Ind. et in textu relinquente τὲ, quod ſuſtineas, ſuppleta Lat. qua affirmandi particula, v. c. ſane, aut profecto, aut ut pro δὲ valeat e vetuſta ratione orationis nectendae, quanquam et confuſio iterum inciderit, cum δὲ Noſtro ſit ſolenne non modo in re nova, ſed etiam maxime in moribus aliorum aperiendis et pingendis, ut §. 15. i., ſequente in rel. Bg. Lat. P., et Stp. Th. etiam tacite in adi. κ., ubi huc ſpectat ſine Vs. et per τὸ vulg., hic ut de animo toto acceptum, de mente ac voluntate, ſit inconſtans et in ſententiis et in volendo, et mutabilis, ut G. Th. cum Gr. n. Nr. 2. „levis *homo*, inconſtans, et qui facile opinionem mutat“ et voluntatem, ſequente hic quadam explicatione, et Noſtro fortaſſe in κ. notione ducente quid e Lat., cum Stp. Th. nihil aliunde protulerit, et per Indd. nihil repertum, quam ap. Theogn. κοῦφον νόον, formulam ἐς κ. mutante Bg. e P. in ſyn. particip., ſed Sch. in ἐς reddente ſeverius adi. „*ad* aliquid *idoneus*“ ubi G. Th. non adhibet Bg. pro explicatione, ſed notionem tamen „tum ad facultatem aliquid recte faciendi refertur, tum ad voluntatem, (ut hic) — inclinatus, rel.“ non id Lat. tenente Stp. Th. cum L. Ern., niſi lateat in illa notione pro *ſtudioſo*, cf. tamen Ind. Ael. V. h. „πρὸς τὰς μεταβολὰς, proni“ ubi et cum pr. εἰς, ut in Ind. Xen. Cyr. et Sb., quacum modo e Noſtri alio loco profert Stp. Th., in ſubſt. κ. huc ſpectans memoriter, per alium caſum „καινοτομία τ. κ.“ et ſine Vs., ſub formula tamen, qua hinc reddit Ind. Sb. „ad *molitionem* rerum *nov.*“ e ſolo Noſtro, praeter quem cum gen. rei aliquo erat in Ind. Luc. it. Diod. S., ubi mire ex 2, 62. l. 29. νεωτέρων πραγμάτων καινο

ἐνῆν δέ τις αὐτοῖς καὶ πόθος τοῦ Νίγρου, ἠπίως [b] τὲ ἄρχοντος ἅπασι, τὰ πλεῖςά τε [c]

14. autem ipsis etiam affectio amoris erga Nigrum, quod clementer praeesset omnibus, et

b) Ms. Ba. ἡπ. per asperum cum A. al., cf. 2, 6, 3. c) Ms. Ba. πλεῖστα τὸ, ut saepe.

τομία παράλογος, *rerum* molitiones *novarum*, non bene omisso epitheto, *absurdae* s. *imprudentes*, sed recte subst. κ. per solam notionem ex parte, ob adiunctum disertum νεωτ., quod per se iam inest in subst., sed absolute in Ind. Polb., ubi et syn. adi. et praep. e T. 2. p. 799. i. ἑτοίμους πάντας πρὸς καιν. ποιήσουσι, *ad* res *novandas* omnes — *conspirent*, quocum subst. Noster dans gen. π. κ., peculiare quid habet, qua de formula v. Suid. 2, 221. m., (quod Toup. in N. P. 2. p. 62. e. recte vidit pertinere ad Polb. 2, 21. i. T. 1. p. 175. e.) Bud. C. 668, 28. Stp. Th. aliunde pauper 1, 1771. Foes. p. 181. b. m. 183. a. m. Vig. p. 179. D'Orv. Ch. p. 500. m. cum Ind. it. Xen. Hell. Mor. Dem., cui add. 117, 6., pro quo syn. 154. 9. τὰ συςαθέντα, Zos. 1, 21. i. 4, 40. 4., cum Ind. Thuc. in Schol. et N. cum Abr. Dl. p. 191. i. 378. e. et Gottl. Or. Per., Xen. M. S. Gs. Chr. Poss. Call. p. 229. e. Luc., ubi et cum adiuncto, ἐπὶ τὰ νῦν καθ. 3, 22. i. *ad* illum, *qui* nunc *est* status *rerum*, bene sine Lat. *praesens*, a multis addito, et assumto gen. πραγμάτων, diserte addito ap. Isocr. Ev. Fi., tacente L. Bos. Ell., ut proprie est pro pass. καθιςάμενα, cf. Foes. l. l. et R. Or. V. 6, cum adiuncto temporis iterum, ἐναντιωσόμενοι τοῖς τότε καθιςαμένοις πράγμασι, Vs. p. 198. i. *adversaturi* negotiis, *quae* tunc *prae* manibus *erant*, per syn. formulam; non bene reddente Sch. „rerum *bene* constitutarum *novatio*“ cum notione secundaria, ab h. l. aliena, quanquam et in L. Ern. proposita, cf. alibi; sicut nec ubique reddi poterit *res novae* cum Stp. Th et Ind. Polb., sed vicino Lat. sing. *constitutum*, it. plur., per ellipsin quoque subst. *negotium*, tacente G. Th. cum Lindn., et subst. *tempus* modo explente forsan Gron. Obs. ed. nostrae p. 14. e., quod deinde mutabitur in liberius *constitutio*, it. *status*, e contextuque semper exponetur, ut h. l. constitutum imperium et imperator, it. in tota formula mutatio imperii imperatorisque, cf. in rem criticam Dion. H. π. συνθ. ed. Upt. p. 210. N.

ἐνῆν) Sch. „inerat *eis* desiderium *eius*“ deserto P., unde Bg. ad ποθ. notionem iustam retinet, liber in subst. periphrasi, (ad exemplum ap. G. Th. 191, 59. e Firmic. *homines* —, *qui stultas mulieres* — summo *dilectionis* prosequantur *affectu*) in loco hic classico, pro angusta *amoris* notione, adiuvans gen. per praep., quae in v. ἐν. et Lat. respondet privae formulae *erat* iis *amor*, (tacente G. Th.) i. e. habebant, et hinc P. *amabant*, cf. Misc. O. A. V. 5. T. 2. p. 235. Suid. 1, 746. m. Dem. sine Ind. 24, 20. 127, 24. et simul cum praep. ἐν, quae clare prodit simpl., 42, 20. 379, 4. 583, ult., e P. omittente Bg. pron. τὶς sine causa, qui severior in καὶ, pro praeterea, praeter quam quod erant animis mobilibus.

ἀρχ.) Forte ἐν ἀπ. *Reisk.* per litterarum utrinque vicinitatem non sine ingenio, sed ut usus v. ἀρχ. cum pr. ἐν non mihi sit cognitus, qui memor sum v. imperandi etiam cum tertio casu, maxime per poëticam rationem, aut historico-poëticam, ad quam et hic locus referendus, cf. Stp. Th. aliunde, Poss. Sy. p. 88. e. Herodi. Gramm. p. 441. i. cum N,

αὐτοῖς συμπανηγυρίζοντος. Φιλέορτοι δὲ φύσει Σύροι [d]· ὧν μάλιστα οἱ τὴν [e] Ἀντιόχειαν κατοικοῦντες, μεγίστην πόλιν καὶ εὐδαίμονα, σχεδὸν παρὰ πάντα τὸν ἐνιαυτὸν ἑορτάζουσιν, ἔν τε τῇ [f] πόλει αὐτῇ, καὶ κατὰ τὰ προάστεια. Θέας τοίνυν αὐτοῖς συνεχῶς ἐπιτελῶν

plerumque cum ipsis solemnia 15. celebraret. Amantes autem festorum natura sunt Syri. quorum praecipue ii, qui Antiochiam inhabitant, maximam urbem et fortunatam, fere per totum annum dies festos agunt, cum in urbe ipsa, tum in 16. suburbanis. Spectacula igitur ipsis assidue edens

d) Hoc colon Stp. rel., pro commare B. 1. cum Ox. et puncto al. e) εἰ μὴν Lu. vitiose. f) Artic. omissus in Ox., ut mox τὰ in B. 2. In. 2. et Pat., ob similem pr. vocem.

e Thuc., cuius Indd. tacebant cum Abr. Dl. it. ad Aesch., monente ibi Schol. alicubi, it. Hom. et Sb. hinc, sumenda hic v. notione angusta et de magistratu inferiori, atque adeo de praeside provinciarum, cf. Krb. Decr. R. pro I. p. 267. et L. N. T. it. Caf. ad The. Fi. p. 15. m. et Suid. 1, 342. m., liberius iterum Bg. reddente, quam Sch. cum declarata rectione „regentis *omnes*, ἠπ. humanissime *imperare*" in gradu e P., ap. Stp. Th. sine exemplo, ut ap. Hesy. sine N. cum Poll. 4, 179. ap. Dem. sine Ind. 760, 18., referendo ἀπ. ad pr. αὐτ., et adeo ad Σύροις modo; in rel. reddente Bg. e P. partim, qui omiserat adv. τὰ πλ., ubi Sch., praeter Bg. „ut plurimum, — *e. una* cum *ipsis* celebrante *ludos*" quod v. ponit Stp. Th. sine exemplo, cf. praeter L. Ern., in Ind. Dion. H. S. T. ute.

φιλεορ.) Hic Sch. addidit ad P. modo haec „*cupidiores* oblectamentorum, *ex* celebritatibus *ortorum*" sine exemplo ap. Stp. Th. cum Lat. Bud. C. 1213, 10., qui habebat e Greg. Mox ad μεγ. πολ. secus ac P., ordinem servat Bg. in subst. posito intra duo adi., quorum extr. G. Th. cum Gr. n. habet, deque urbe etiam, sed sine explicatione, pro abundans hominibus et rebus, ad felicitatem incolarum pertinentibus, deserente P. superlativum (qui saepe est cum positivo, cf. 1, 15, 15. e.) etiam Sch. per *beatam*, ubi G. Th. eadem, sed Stp. Th. tantum e Plut., cf. tamen Ind. Xen. 'Ανβ. cum Hesy., non huc spectante Cell. in Nor. o. a. 1, 350. e. sqq., sed tamen in laudem Nostri consentiente tum e Strab. αὕτη τετράπολις, ἐκ τεττάρων συνεστῶσα μερῶν, tum e Cic. *copiosa*.

σχεδὸν) v. Iulianum Apostatam in Misopogone, qui scil. odio Christiani nominis pleraque exaggerat, et invidiose interpretatur. *Boecl.*

In σχ. Sch. habet praeter P., etiam Bg., quod ap. G. Th. cum Gr. n., non item *prope*, quod severius, aut saltem planius, fert aliunde Stp. Th., cf. Suid., non coll. ad Hes., Ind. Thuc. et Dem., cui add. 281, 9. 341, 2. 969, 7. 1090, 2. 1129, 5. 1172, 2. 1337, 22., severiore Bg. cum Sch. in praep. servata, quam P., e quo tamen in Bg. Vs. restituimus pron. αὐτῇ, non tam redundans, quam magis definiens et in opponendo so-

ὁ Νίγρος, περὶ ἃς μάλιστα ἐσπουδάκασι, καὶ διδοὺς ἄνεσιν εἰς τὸ ἑορτάζειν καὶ εὐφραίνεσθαι[g], ἅτε ποιῶν κεχαρισμένα, εἰκότως ἐτιμᾶτο.

Niger, quibus maxime addicti sunt, dansque libertatem festorum et oblectationum, utpote grata faciens, merito colebatur.

g) Hoc comma erat in Ms. Ba. et edd. al., pro colo Stp. rel., v. N.

lenne cum subst.; variante Nostro in pr. ἐν et κ., quas propterea Bg. e P. reddit iisdem Lat, quanquam in κ. procedebat Lat. *per*. Mox ad v. ἐσ. Bg. e P., etiam Stp. Th. aliunde, cf. 1, 15, 1., formulam Bg. ferente G. Th. sine explic., pro sumtu date suo.

περὶ — ἐσπ.) Omiserat P. hoc membrum, quod per se sane iam inest in pr. §. φιλ., sed tamen hic recte stat per copiam cum variatione per phrasin, ubi Sch. „ἐσπ. περὶ θέας, *dediti* fuerunt *assidue* edendis *spectaculis*" male illa P. huc trahens, ad pt. ἐπιτ. pertinentia tantum, caeterum usus formula Lat. viciniori, quam Bg., ap. G. Th. sine explic., quae ad sensum convenit cum illa Sch., neutram adhibente Stp. Th., sed aliunde v. privum syn. *studere*, it. phrasin *studiosum esse*, i. e. amare et oblectari; quae omnes formulae respuebant rectionem cum praep., et flagitabant Bg. casum; nisi quis adhiberet Lucret. ap. G. Th., quibus *est* in *rebus* deditus *ipse*, cf. de v. ἐσ. cum pr. περὶ Bud. C. 1129, 27. ad Ael. V. h. 9, 22. i. cum Ind. per alias praep. simul, ut Dem., cui add. 459, 27. 602, 20. it. cum pt. ὑπὲρ 100, 15. 121, 26. 583, 2. it. cum ἐπὶ 1416, 11. it. cum πρὸς 757, 22., it. cum acc. rei 602, 27. 604, 12.

καὶ εὐφραιν.) Omittit Bg. καὶ εὐφρ. *Leisn.* in m. Ms. Bg., quae tamen restituimus statim per coeptam a Bg. formulam in gen. subst. pro praep. cum inf. s. particip., quam habet sane G. Th., it. alteram cum gen. gerund., et hic valituram, *libertatem* feriandi *et* oblectandi *se*, quod pron. opus sit assumere, ut in severa, *libertatem* ad *feriandum* et *oblectandum se*, quam G. Th. ignorat, non illam tamen reiiciendam prorsus, cum habeat syn., *licentia* ad *maledicendum*, quae formula par est illi per gen. gerund.; sicut accipio subst. ἀν. hic pro licentia in universum et in bonam partem, cum Stp. Th. e Bud. C. et L. Ern. teneant modo in contrariam partem et pro immodica libertate; quanquam Stp. ἄνεσιν syn. accipit simpliciter; ut Noster quodam modo variarit cum 1, 10, 12. ἄνετος — δέδοται ἐξουσία, pro subst. cum adi. per subst. privum, vertente Sch. „ἀν. relaxationem *dans* ad *feriandum*" deserto l'., per regionem hanc liberrimo, cf. de v. ἀν. Hesy. Foes. L. N. T. Obs. Loesn., qui p. 231. e. cum διδοὺς etiam profert, D'Orv. Ch. p. 94. e. Ind. Diod. S. Luc. et Plut. Hs. cum N., in v. εὐφρ. Stp. Th. paupere et de pass. tantum dicente cum Sch., nec de med., quod vel ex h. l. patet, cf. Dres. de V. med. p. 286. m. Ind. Xen. Cyr. Z. et Ael. V. h. cum Cas. ad Athen. 2, 471. e. et ad Suet. Caes. c. 38. pro epulari, quod nec ab h. l. alienum, quanquam et latius patere potest, et ad ludos etiam, cf. cap. sq. §. 16. Quod autem post hoc v. colon *Stp.* ed. tenuit: forte debuit innuere finem protasis in periodo per participia, et separandum esse sq. particip., quod sane iterum, ut membrum e notione causae, praemittitur, proprie post v. ἐτ. locandum, ubi Sch. in κεχ. ποι. αὐτοῖς, *grata* illis *faciens*"

Ἅπερ εἰδὼς [h], καλέσας τούς τε πανταχόθεν στρατιώτας εἰς ῥητὴν ἡμέραν, τοῦ τε λοιποῦ πλήθους συνελθόντος, βήματος αὐτῷ [i] κατασκευασθέν-

Quae sciens, convocatis undique militibus ad certum diem, cum reliqua etiam multitudo convenisset, suggestum sibi paratum conscendit, dixit

h) Ms. Ba. et Vi. εἰδὼς καὶ καλεσ., v. N. i) αὐτοῦ Bc. mendose, v. N.

cum Bg., sed recte expleto pron., quod et in pr. v. διδ. deerat; per variationem quandam Nostro in v. ἐν. respiciente ad §. 14. ποθ, quod ut pertinebat ad solam voluntatem, ita hic v. τ. etiam ad intelligentiam et opinionem cogitationemque non modo de universa praestantia, sed etiam praecipue de indulgentia et bonitate, per quam tribuas bona et sinas quemlibet frui bonis, etiam opinatis tantum, atque adeo feriis et oblectationibus; unde amor in animo consequitur, etiam honoris interni externa signa, si quis amplissimam hic v. notionem amplectatur; Lat. Bg. ignorante in v. τιμ. Stp. Th. et L. Ern., cf. tamen vel Va. Theogn. v. 931. et Ind. Ael. V. h. „τ. magni facere simul et *amare*" in κεχ. Stp. Th. paupere quidem, sed tamen cum Lat. Bg., cf. Hes., non coll. Suid., Ind. Dem. cui add. 1392, 24. Xen. M. S. et Luc., ubi et cum syn. v. ὅπως ὑμῖν δράσω κεχαρισμένα, *ut* vobis *gratificer*.

εἰδ. καλ.) Insertum a Mss. καὶ pro copula, quanquam per se ob sq. similem syllab. καλ. elapsum facile, tamen nec Ms. Ve. refert, nec P., nec procedit ob sq. mox primum τὸ, quod hic iterum non stat loco suo, ponendum proprie statim post καλ., cum nunc occupet iterum locum post vocem secundam idque in media oratione, et post comma, quae Glossator non tolerans, in marg. posuit καὶ, syn. τῷ δὲ, non intelligente alio librario, qui in textum recepit, relicto simul τὸ vetere. In sq. formula (cf. 1, 12, 1. e. 1, 15, 9. i.) non potuit Bg. aliter ponere adv., a P. omissum, nisi ambigue, ut videretur aeque pertinere ad v. καλ., quo et tandem revocandum, nisi ellipsin alicuius particip. admittas, v. c. συλλεχθέντας s. ἀθροισθέντας, olim conscriptos e variis terris, maxime Syriae, et iis, ad quas vagaretur imperium praesidis. Denique Bg., praeter τὸ oppressum iterum, sequente alio τὸ, & P., deserens eiusdem phrasin in v. καλ., id reddit per compos., respiciens Nostri συγκαλ. 2, 2, 11., pro quo hic variatur, cf. 1, 6, 7.

εἰς ῥητ. ἡμ.) indicta *die*. Ael. V. h. et Luc. Act. 12, 12. dicunt ταχτῇ ἡμέρᾳ. *Leisn*. Ap. Ael. nihil in Ind., sed Sch., deserto P., in praep. „ad *diem*, certo *die*" propius ad Bg., prae quo P. Lat. severius, ap. G. Th. cum Gr. n., sed cum al. in Bg., quod et ap. Stp. Th., ubi Nostri formula tantum e Xen. Hell. sine Ind., cf. Sb. et Luc., (ubi cum Bg. necessario reddendum ob adiunctum v. in illo, ῥητήν τινα ἡμ. προειπών,) sine Ind. Thuc. 419, 67. Dem. 967, ult. Valck. Eur. Hipp. p. 217. C. sqq. Hes., non coll. Suid., L. Bos. Ell. p. 136. m. et Vig. p. 599. m. cum Bud. C., nemine comparante Lat. *ratus*, quod equidem puto e Gr. nostro ductum, tacente in hanc rem G. Th.

τοῦ τε λ.) Bg. reddit τὸ e P. iterum, Nostro, ut 1, 4, 19., per aliquam varietatem memorante cum exercitu multitudinem quandam, definiendam illam non tam e cap. pr. §. 10. e., quam §. 15. i., ut, habita

τος, ἔλεξε τοιάδε ἀνελθών[k]. „Τῆς μὲν ἐμῆς γνώμης τὸ πρᾶον[l] „καὶ πρὸς τὰ μεγάλα τῶν τε- „τολμημένων εὐλαβὲς ἴσως ἐστὶν „ὑμῖν πάλαι γνώριμον. οὐδ᾽

que huiuscemodi quaedam.
2. *Animi quidem mei mansuetudo et in magnis aggrediendis circumspectio fortassis est*
3. *vobis dudum nota: neque*

k) In Ms. Ba. abest ἀνελθ., neque ib. sectio est nova, *Mart.* Isto ἀν. etiam rel. Mss. carent, v. N. In edd post erant, quae et supra ante orationem.
l) πρᾶον sine iota in Stp. ral., ut supra.

oratione intra aut extra Antiochiam, (ubi, ut in metropoli Syriae, praeses habitarit, quod tacite Noster l. l. innuere videtur, cf. §. 10.) convenerit eo populi magna pars istius urbis atque etiam viciniae.

βημαт.) Haud integra esse haec puto. Ac primum quidem excidisse videtur καὶ ante βημ., deinde αὐτῷ legendum esse censeo pro αὐτοῦ, cf. c. 10. βημ. αὐτῷ ἀρθέντος, ac denique ἀνελθ., quod nec in Ven. exstat, a librario additum esse iudico. *Stroth.*

In αὐτοῦ merum vitium Boecl. edd. esse, ostendit Var. Lect, Sed καὶ non opus esse, cum libri taceant omnes, docebitur serie rite instituenda totius periodi per participp., cuius protasis finit in v. συνελθ., instructa tribus particip., duobus quidem eiusdem rectionis, sed uno per gen. consq. elato, quae nituntur apodosis verbo ἔλ. τ. finiti temporis, quod et ipsum munitum est utrinque participio duplicis illius generis, sed inverso ordine, ut praeeant gen. consq. et nominativus sequatur, qui per se poterat quoque praemitti, ut fit in Bg. Vs., sed a Nostro postponitur variandi causa, ut ab eodem adhibentur participia cumulata sine copula, quae, de serie, a nobis proposita, omittitur potius intra κατασκ. et ἀνελθ. Quod adeo part. ἀνελθ. adesse potest per artem rhetoricam ac periodi faciendae, sed praeterea etiam per criticam dupliciter, primo, quia permittit sensus, deinde quia in simili re semper ap. Nostrum additur 1, 5, 4. 2, 10, 2. e. 2, 13, 7. 6, 3, 4. e. 7, 8, 5. m., praeter unum locum 8, 7, 7. e., ad quem Glossator respexerit expungendo verbo, in primis, quod putaret, non recte postpositum esse, etiam, ut variaretur pro 1, 5, 4., nec hic iterum occurreret, ubi tamen Noster in eo usurpando mutat locum, et praeterea ponit solum sine ἐπ᾽ αὐτὸ, quae hic suppleas; sicut ib. εἰς ὕψ. ἀρθεντ. formulam finitam commutat cum v. privo universi generis κατασκ., et omnino per loca illa omnia eiusdem rei variat in partibus. P. quidem et ipse habuerit Cod. talem, ubi ἀνελθ. deesset; nisi oppressit per libertatem, conspicuam in rel., etiam in αὐτῷ, *ad id ipsum*, ubi Bg. sequitur pron. asperum non necessario; ut duo novat in v. ἀνελθ., primum, quod, eo resoluto in tempus finitum, copulam in sq. v. ἔλ. addit, alterum, quod iungit id cum pr. gen. consq., ut hos regat, tanquam casum sibi subiectum quartum.

γνώμ. τὸ πρ.) Hoc neutr. τὸ πρ. (cf. 2, 4, 9.) cum gen. γν. non tenet Stp. Th., nec ego aliunde, ut ex analog. iungatur, ubi Sch., praeter P. syn. formulam ex adi. et subst., etiam „lenitas *animi*„ partim cum Bg., (ap. G. Th. cum syn. πραότης.) qui deinde ad τὰ μ. τῶν λ. e P. partim, per subst. cum praep. et particip., nihil me tenente, nec severum *magna ausorum*, sed modo syn. *magna ausa* ex Ovid., et (praeter Stp. Th. 2, 584. E. e. cum P. hinc tantum) syn. subst. cum praep. eadem ap. Dem. sine

„ἂν νῦν εἰς ὑμᾶς ἦλθον [m], ταῦ- „τα δημηγορήσων, εἰ ἐκ μόνης „προαιρέσεως ἰδιωτικῆς καὶ „ἀλόγου ἐλπίδος, ἢ μείζονος „ἐλπίδος ἐπιθυμίας [n] ἀνεπει- „θόμην. ἀλλ' ἐμὲ καλοῦσι	*nunc ad vos veniſſem concionaturus, ſi ſolummodo privato conſilio et inani ſpe ac ſuperante ſpem cupiditate adducerer. Sed me vocant*

m) Mss. tres παρῆλθ. v. N. n) Ms. Ba. ἐπιθυμίᾳ ἀ. v. N., at ἢ ἐπιθ. B. 2. Par. et Ox. mendoſe.

Ind. 1370, 10. τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς εὐλαβείας, cf. ad ſqq. Noſtri ib. 133, 17. ἃ πολλοῖς ὑμῶν οὐδὲ γνώριμά ἐστιν ἴσως, it. 254, 5., non tenente Stp. Th. in adv. παλ. Lat. Bg.

εἰς ὑμ. ἠλθ.) Perperam in Cod. παρῆλθον. *Strotb.* e gloſſa et §. 5. i. per comparationem, et quia ſimplex rarius, quam compoſ., ſed tamen et ipſum adhibitum Dem. 813, 8. εἰς ὑμ. ἐλήλυθεν, it. Lyſ. R. Or. V. 5. p. 134. l. 3., ubi v. N. Markl. cum Krb. Decr. R. p. I. p. 276., tacentibus Ind. Sb. Stp. Th. et L. Ern. it. Vig. p. 576. de uſu hoc v. et formula, cum adhibetur de oratoribus, ob quam rem Noſter adiungit partic. δ., ubi Bg. e P. opprimit acc. pron., cf. Stp. Th. 1, 971. E. e. „δ. ſimpliciter verba facere et concionari, Herodi. l. 2. — de Nigro, ad milites verba faciente" e P. clam, at Lat. Bg. ap. G. Th. cum Gr. n., ap. Luc. 1, 871. l. 59. ὁπότ' ἂν δημ. παρέλθοι, quoties *in* concionem *prodieris*, apud quem et cum ſimili acc. pron. ὁποῖα, it. ap. Dem. cum ἐκεῖνα, v. Indd., propter quem verterim aut ſimpl. Lat. verbo, *haec dicturus*, aut phraſi *haec* dicturus *in concione*, cf. Heſ. 1, 928. m. 1083. m. Mox Bg. non neglectum cum P. adi. μον. tamen mutat in affine adv. ſyn. compoſ. per figuram ἐκ παραλλήλου, ſecutus e P. in ſq. alium ordinem in πρ. ἰδ., ubi Noſter ἰδ. ponit pro ἰδίας et pro ἐμῆς, et deinde adi. ἀλ. cum ſubſt. ἐλπ. ad analog. modo coniungit, (ut et pr. ἰδ. cum πρ.) recte intelligente Stp. in m., ſed non tenente in Th. Lat Bg. ſyn., ut nec aliud ſyn *vanu*, quibus, (noſtratium *leer* et *vergeblich*.) ap. G. Th. non explicatis de ſubſt. Bg., pro explicatione ſit Lat. P., quanquam et procedit Lat. *ſtulta*, ut vicinius eſt noſtratium *ungegründet*, cf. §. 6. etiam pro expoſitione quadam φαυλ. καὶ κουφ. ἐλπ.

μειζ.) Forte καὶ ἀλόγου ἐπιθυμίας, μείζονα ἐλπίζειν ἀνεπειθ. *Reisk.* Ingenioſa ſunt haec modo, cum Noſter per brevitatem eadem dicat, et amet gen. tales duplices; e P. ſumente Bg. ad adi. μ. ſyn. particip., cf. Stp. Th. 2, 837. D. „μείζων ἐλπίδος, ſpe *maior*, ut Herodi. l. 2. dicit ἐπιθυμίαν ἐλπ. μείζονα, quae *maior* erat *ſpe*, ſ. *quae* ſuperabat *ſpem*, ut P." nihil tenente G. Th., ſed me nihil ſimile aliunde; ut ſit cupiditas maior, quam ut rem cogitatam et ſuſceptam poſſis conſequi atque perficere, at in Ms. lect. potius error e confuſis ς et iota poſtſcripto iterum, quam duplex rectio v. ἀνεπ., cum abl. modi, et ſyn. formula per praep., ubi Bg. per ſyn. abl., variante Noſtro pro ὑπὸ 1, 12, 9., neſcio, qua auctoritate, ſilente etiam Stp. Th.

ἀλλ' ἐμ.) Reſpiciens Noſter ad pr. c. §. 11. et 8., cum huius οἱ P. variat hic ſine artic., dum ad Bg. e P. addit Sch. in v. κ. „ad imperium" ubi aeque ſuppleas, ad auxilium, cf. 2, 7, 11. e. it. Xen. Cyr. Z. 1, 5, 13. e.

„Ῥωμαῖοι, καὶ, συνεχῶς βοῶν-
„τες, ἐπείγουσιν, ὀρέξαι τὲ χεῖ-
„ρα σωτήριον, καὶ οὕτω º τὴν
„ἔνδοξον καὶ ἐνάρετον ἀπὸ προ-
„γόνων ἄνωθεν ἀρχὴν μὴ περιϊ-

Romani, et assidue clamantes fatigant, ut eis manum porrigam salutarem, utque tantopere, illud gloriosum et praeclarum inde a maioribus imperium, tam

o) Ita etiam Ms. Ba. *Mart.* etiam Mss. rel., sed Ing. edd. καὶ τὴν οὕτω ἐνδ., v. N.

καλοῦσι δὲ ἡμᾶς ἐπικούρους οἱ φίλοι, praeterea Nostro respiciente in σ. β. ad 2, 7, 9., sed in v. ἐπειγ. e P. tenente Lat. Bg , sed Sch. simul „urgent, *instigant*" quod extr. e Sb. Ind., huc spectante Stp. Th. v. i. sine Vs., sub Lat. Sch. primo et al., sed tantum hinc cum inf., quam rectionem frustra per Indd. quaesivi, putans, Nostrum variare per hoc v. ἐπ. tropicum pro ἀξ. 2, 7, 5. e., cuius loci sq. βοηθεῖν exprimitur hic rursus tropica phrasi ὀρ. χ. σ., ubi Bg. e P., ut etiam Stp. Th. 2, 1433. B. e. (omisso tantum illo pron. dat., quem e P. et Bg. servat,) sed e solo Nostro, it. 3, 1221. B. e., sed Bud. C. 1500, 31. sine Vs., nec G. Th. praebente formulam Bg. cum epitheto, quod tamen et nostrates norunt in *einem hülfreiche* Hand *leisten*.

οὕτω) Malim καὶ τὴν οὕτως ἐνδ., ut etiam legit P., (*neque* patiar *tam* excellens *tam* que *gloriosum* rel.) aut certe legendum censuit. *Steph.* οὕτω cohaeret cum αἰσχρῶς ἐῤῥιμ. *Reisk.*

τὸ μὲν) Etiam hic contrahit P., unde Bg. parum, liber in μὲν οὖν, et aliter quam supra, sed in προθ. cum Sch. „promtitudo *ex.* erat *ipsi*" cf. Stp. Th. et Kypk. 2, 153. e Thuc. sine Ind., it. Heliod. p. 96. i., quod h. l. cupiditas et voluntas pugnandi, ut pars fortitudinis interna, cui subiicitur τὸ γενναῖον, externa corporis, i. e. tolerantia laborum, i. q. 2, 14, 3. τὸ τῶν πόνων γενναῖον, cf. 2, 10, 17., denique alia pars eius τὸ ἔμπειρον, pro ἡ ἐμπειρία, (ut pr. pro ἡ προθυμία, quo ipso variatur §. 9.) ad analog. a Nostro positum, tum scientia rei militaris, tum usus et experientia eiusdem per exercitationem in pugnis ipsis; unde §. 1. ἄπειρ. μαχ. καὶ πον. cf. 2, 10, 9. sqq., ubi laudes similes Illyriorum, sed hic ut Noster totius sententiae per opposita fundum habuerit Thuc. 4, 21, 66. οὐ γὰρ δὴ προθυμίᾳ ἐλλιπεῖς ἦσαν, οὐδὲ τόλμῃ, — ἀλλὰ τῇ μὲν ἀνδρείᾳ οὐχ ἥσσους, ἐς ὅσον ἡ ἐπιστήμη ἀντέχοι, τῷ δὲ ἐλλείποντι αὐτῆς, καὶ τὴν βούλησιν ἄκοντες προὐδίδοσαν, qui et ipse fortitudinis partem facit τὴν ἐπιστήμην.

ἀπέλειπον) Leisn. in m. Ox. „f. ἀπελείποντο. Holsten. ad Steph. p. 149. b. (quod citatum forte pertinet ad sq. Ἰσσ. κολπ. et sub textum) f. τὸ δὲ ἔμπειρον καὶ γενναῖον π. τ. Ἰλ. ἀπελείποντο." Scilicet tria hic quaeruntur, primum quidem super Mss. et edd. quarundam exinde tempore, quod aor. 2. pro impf. variabat supra iam, cf. 3, 2, 19., sed hic praecedente ambiguo tempore ὑπῆρχ. Alterum pertinet ad Leisn. dubitationem, an requiratur med. in v. ἀπελ. Id vidimus quidem supra, et infra iterum aderit, potestque per se fingi, το periisse ob sq. ου simile. At habuimus aeque act. 2, 10, 17. e., ubi nemo tentabat. Tertium est de rectione et casu, ubi Leisn., nihil corrigens ad 2, 3, 4., deflectit ad acc. rei, per ellipsin pr. κατὰ, quam rectionem non reperi, sed ap. Nostr. aliquoties cum dat. s. abl. rei, simul cum gen. pers. et acc. elliptico rei s. modi, ut πολὺ et οὐδὲν, pro adv. quodam, ut hic Bg., ubi pro abl. illo comparet gen. τοῦ ἐμπ. κ. γεν., servatus, praeter Sch. „*peritia* belli *multum* cedebant *Illyriis*" a Stp. Th. 3, 152. G. „τοῦ δ. ἐ. κ. γ. π. τῶν Ἰλλυρικῶν ἀπολεῖπον, peritia *belli* multo *inferior* Illyrico *milite*" cum binis lect. aliis e memoria, quem gen. quanquam fingi licet depravatum ex abl. solenni, et confusas esse ου et ω litteras, ut alibi, tamen sustinuerim ellipsi illorum ἕνεκα s. χάριν, idque propterea, quod illa formula 2, 3, 4. ὅσον εὐγενείας χάριν potest valere pro privo χάριν, it. quod ib. protulimus ὅσον πείρας ἕνεκα pro privo ἕνεκα, et pro Lat. *quoad*, sed deinde τοῦ ἐμπείρου καὶ γενναίου χάριν s. ἕνεκα pro consueto illo abl. τῷ ἐμπείρῳ καὶ γενναίῳ πολ. ἀπ., sicut in Lat. possumus in verbis *praestantiae* et *defectus* adiunctos abl., v. c. *praestare* s. *inferiorem* esse *virtute*, resolvere in illam particu-

Digitized by Google

ἑκατέρωθεν ὁ στρατὸς εἰς τὸ [e] κατὰ τὸν Ἰσσικὸν καλούμενον κόλπον [f] πεδίον πλατύτατόν τε καὶ ἐπιμηκέστατον· ᾧ περίκειται μὲν λόφος εἰς θεάτρου σχῆμα, αἰγιαλὸς δὲ ἐπὶ [g] θαλάσσης μέγιστος ἐκτείνεται [h], ὥσπερ

[e] niunt ergo utrinque exercitus ad Issicum, quem vocant sinum, in campum longissimum et latissimum, cui circumiacet collis in theatri speciem, littusque ad mare ingens protenditur, quasi na-

e) Par. 2. ὁ στρατὸς εἰς κατὰ λ., per correctionem ex Par. 1. vitiosis εἰς κατὰ λ., omisso τὸ artic. f) Ms. Ba. κόλπον, πεδίον· πλ. quorum comma post κ. quoque est in A., item aliud post πεδ. g) Ms. Ba. nil variat. Mart nec Mss. rel. et edd. praeter Ing. ἀπὸ θαλ v. N. h) Hoc comma, praeter Ms. Bg., etiam in A. al., pro colo Stp. rel.

lam *quoad — virtutem.* Sine correctione quadam an tolerarit quoque Bg lectionem vulg., non dicere possum, cum plane tacuerit ad h. l., ubi e Lat. quidem ratione sane debuit adhibere abl.

ἑκατέρωθεν) Omisit P. hoc adv., quod capio *a parte* Nigri et Severi, aut ex iis locis, urbibus, castris, ubi exercitus erat. Ex eo deinde Bg. in καλ. fere, pro quo licebat premere pass. participium, etiam oppresso adv. οὕτω, ut ap. Ovid. Fast. 3, 205. conveniunt *nuptae* dictam *Iunonis* in *aedem*, quem locum G. Th. habet 150, 94. (nihil autem in syn. *appellatus*, nominatus, *vocatus*,) sine animadversione omissi adv. *sic* s. *ita*, ut ap. Poss. Sy. p. 203. Reg. 14. „dignus est observatione usus participiorum pass. καλούμενος, — ap. Gr." debuit addi, haec dici per ellipsin adv. οὕτω s. οὕτως, tacente L. Bos. p. 563., quae adiicitur a Nostro semel infra 5, 3. 2., in rel. locis oppressa, ut ap. Isocr. Or. ad Nic. 13, 5. ed. Kr., ap. Dem. 248, 24. 489, 19. 818, 18. sine Ind. it. ap. Xen. M. S. 2, 1, 14. m. et Cyr. 1, 2, 3. 13. it. ap. Polb. 1, 695. i. 2, 335. e. et ap. Dion. H. S. T. 2. 13, 28. 20, 6. 130, 21. etc. cf. supra 1, 8, 11. m. ad Κυϊντ. it. Dio 1248, 25. ἐν Ἰσσῷ πρὸς ταῖς καλουμέναις Πύλαις μεγίστη γίνεται μάχη, quae sunt *Pylae Ciliciae* s. *Syriae*, cf. Cellar. n. o. a. 2, 210. e. sqq., ubi non respicitur ad Nostri descriptionem, ubi Bg. partim e P. mutat duo, transponendo primum praepositionem εἰς vicinius ad suum subst., necessario quidem, sed deinde ordinem mutando in adi. duobus πλ. λ. cum Latt. e Sch., quorum in ἐπιμ. Stp. Th. vertit cum P., qui et in sq. membro liberrimus, ubi per analog. in εἰς σχ. cum θε. cf. 2, 6, 19. i. et imitationem aliquam ap. Zos. 2, 18, 4. sqq.

ἐπὶ θαλ.) Scribo ἀπὸ θαλ. *Steph.* Vulgata bene habet, *coram* mari, *in conspectu* s. *fronte* maris. *Reisk.*

Leisn. in m. Ms. Bg. „probat ἐπὶ" quod et verum, dum Stp. iterum e P. tacite corrigit, et ἐπὶ valet, quod Sch. habet „iuxta *mare*" nobis *an* s. *neben* dem Meere *hin*, quo redit Sb. Ind. „secus *mare*" i. secundum, cf. G. Th. cum Gr. πλησίον, nihil volente sibi Nostro, ut credo, quam ab altera parte *longum maris littus esse*, quod poëtice s. tropice exprimit, pingens per v. ἐκτ., quod ap. Stp. Th. aliunde cum Bg. Lat., cf. de pass. Ind. Xen. Bach. et Soph. Ai. cum Abr. ad Aesch. T. 1.

τῆς Φύσεως ἐργασαμένης [i] στάδιον μάχης. ἐκεῖ φασι [k] καὶ Δαρεῖον [l], Ἀλεξάνδρῳ τὴν ὑστάτην καὶ μεγίστην μάχην συμβαλόντα, ἡττηθῆναί τε καὶ ἁλῶ-

turâ fabricata ſtadium belli. 5. Illic aiunt et Darium, cum Alexandro extrema illa et maxima pugna congreſſum, fuiſſe victum et

i) Ms. Vi. εἰργασμένης λ. v. N. k) Ms. Ba. ſic nobiscum, abiecto accentu, ut edd. A. cum Bs. 1., pro ἐκεῖ φασι rel. l) Hic nullibi comma, quod et in Vs. Bg. dedimus pro inepto, quod ibi erat poſt *Alex.*

ἐργασαμένης) Similis Var. L. cum Ms. eſt in Rs. Or. V. 9. p. 478. 16. ἐργασαμένων, pro quo Mss. εἰργασμένων, praelatum a Tayl. prope, ſed ut paſſ. pro med. (cf. ap. Dem. 172, 17. 397, 9.) ibi et hic offeratur vel per gloſſam e comparatione locorum aliorum, vel per lapſum et confuſionem temporum; e P. petente Bg. Lat. ad v., et ad ſubſt. μαχ. (ſumto Lat. vi arctiore, cf. alibi et 6, 2, 10.) ſed omittente iſtius pron. ad ſubſt. σταδ., ubi Stp. Th. notionem aliunde tenet pro *loco certaminis*, ut tamen h. l. ſit pro mero *loco* ob adiectum gen. μαχ., ſ. pro *campo*, et utrumque nobis *Schlachtfeld* ſ. *Kampfplatz*. Caeterum pr. φυσ., tacente Stp. Th., capio pro auctore naturae ſ. deo, ut ap. Lat. ſaepe Bg., cf. G. Th. i.

ἐκεῖ φασι) De campo Iſſico, et Alexandri cum Dario ibidem conflictu, meminit etiam Pompon. Mela l. 1. c. 13. (i. *in receſſu intimo locus eſt magni aliquando diſcriminis, fuſorum ab Alexandro Perſarum fugientisque Darii ſpectator ac teſtis,*) et Cic. ep. fam. l. 2. (ep. 10. *ita victoria iuſta imperator appellatus apud Iſſum, quo in loco ſaepe — Clitarchus tibi narravit, Darium ab Alexandro ſuperatum* rel.) ut annotat Schottus. *Sylb.* Non ultima iſta pugna fuit ap. Iſſum, qua Darius debellatus eſt. Illa enim ap. Arbela ſ. Gaugamela accidit. Arrianus diſerte hiſt. 6. ἐπεὶ καὶ τὴν τελευταίαν μάχην τὴν πρὸς Δαρεῖον γενομένην — πρὸς Ἀρβήλοις γενέσθαι ὁ πᾶς λόγος κατέχει, καθάπερ οὖν καὶ τὴν πρὸ ταύτης ἐν Ἰσσῷ, καὶ τὴν πρώτην ἱππομαχίαν πρὸς Γρανίκῳ λ. Poſtea nominat locum *Gaugamela*. Adde locum παράλληλον ex l. 3., ubi rurſus pugna Iſſica — ab ultimo ap. Arbela proelio diſtinguitur, cf. Radero et Freinshemio notata ad Curt. 3, 8, 27. 3, 11, 27. 4, 9, 8. Dio *Ciliciae Pylas* nominat in deſcriptione loci, quae omnia planum faciunt, cum quo Alexandri proelio hoc conferendum ſit. *Boecl.* Errat Herodianus. Rectius multi alii, et inter eos Tacit. A. 12, 13. *Leisn.* Errorem Herodiani iam notatum video a Boeclero. *Stroth.*

In verbis liberum P. deſerit etiam Sch., faciens fere cum Bg. „συμβ. *congreſſum* Darium *cum* Alex. *extremo proelio* victum *eſſe*“ ubi Bg. e P. iterum in artic. τὴν, ſed huc reſpicit I. Boſ. Ell. p. 189. e. per numeros pravos ſine Vs. et animadverſione diſerta in rectionem, quae haec eſt, ut v. συμβ. habeat, praeter dat. perſ., (pendentem a praep. in v.) etiam acc. rei, nominatimque *pugnae*, quam ſcit Stp. Th. 1, 702. E. m. modo ſic „συμβάλλω σοι ἀγῶνα, ap. Eurip“ ſine lud., ad quam analog. Noſter ſcripſerit; ubi caſum ſaltem conſervet Gr. haec Vs., *poſtquam* cum *Al.* illam *extremam et maximam* pugnam *commiſiſſet.*

ναι[m] ὑπὸ τῶν ἀρκτώων[n] ἀνδρῶν, καὶ τότε τοὺς ἀνατολικοὺς νενικηκότων. μένει δὲ ἔτι νῦν τρό-

captum a ſeptentrionalibus hominibus, tunc etiam orientales
6. vincentibus. Manet autem

m) Ms. Ba. ἀλῶναι. τῶν ὑπὸ τῶν ἀρκτ., quae et ſunt in Ms. Vi., praeter comma poſt ἀλ., v. N. n) ἀρκτῴων ſic ſine iota in A. al. v. 2, 11, 16. e.

ὑπὸ τῶν ἀρκτ.) Ex tali obſervatione ſpem ſibi figurat ap. Laonicum Chalcocondylam l. 2. fine Paiazetes adverſus Temirem, ἀπό τε τῶν παλαιῶν συμβαλλόμενος, ὡς οὐδέποτε τῆς γε Εὐρώπης οἱ τῆς Ἀσίας βασιλεῖς ἐν τοῖς πρόσθεν χρόνοις περιεγένοντο, ἀλλὰ καὶ ὡρμημένους ἐπὶ τὴν Ἀσίαν τῷ τε βασιλεῖ ἀφαιρῆσθαι τοὺς τῆς Ἀσίας ἡγουμένους, *antiqua repetens et exinde futura colligens, nunquam ſcilicet ad id tempus victam eſſe ab Aſiaticis regibus Europam, quin potius ex Europa in Aſiam progreſſos principatibus Aſiae regem* ſpoliaſſe. *Boecl.* Cauſam, cur ſeptentrionales orientalibus fortiores, tradere conatur Vitruv. 6, 1. Etiam Ariſtot. Probl. ſect. 14. p. m. 924. inquirit, cur οἱ ἐν τοῖς ψυχροῖς τόποις ἀνδρεῖοι; vid. etiam l'Eſprit Diſcours III. n. 28. ubi agit de ſeptentrionalibus populis eorumque fortiter factis et victoriis, haſque non phyſicis, ſed moralibus cauſis tribuit, v. Recenſio huius tractationis in dem Neueſten aus der anmuth. Gelehrſ. N. 1. 1759. p. 45. *Leisn.* Male in Venet. ſcriptum eſt τῶν ὑπὸ τῶν ἀρκτῴων μερῶν. *Stroth.*

Quae non vidimus in Var. L. et noſtris Excpt. e Ms. Ven., ut erraſit Stroth. in nomine Cod. forte, ac μερῶν ſit e memoria. Sed Mss. res, in articulo τῶν duplicato, ſic, opinor, orta, quod pro vulg. ὑπὸ τῶν aliquis mallet et in marg. ſcriberet ſimpliciter τῶν, quod deinde alius ſimul cum vulg. in textum recepit, ut alibi; quia ſic ſaltem apparet cauſſa, cur poſt ἀλ. Mss. afferant diſtinctionem, ſumente primo illo librario inde a ſuo τῶν ἀρκτ. usque ad νενικ. unam enunciationem per gen. conſq., ſublato commate poſt ἀνδρῶν, ſed inf. priores copulante cum praec. Δαρ. in hanc ſententiam, *ſeptentrionalibus hominibus* et *tunc* orientales *vincentibus*, quae prorſus eſt lectio P., niſi quod ordinem mutat, in traiectis καὶ τότε intra ἀρκτ. et ἀνδρ., quam P. ſententiam non ceperunt, qui editores eius Verſ. (etiam illius Antwp.) comma poſt *viris* poſuerunt, diſcrepantes illi itidem in diſtinctione ibid. poſt ἀλ. ſ. *captumque* per comma, ut Bs. 2., aut per punctum, ut Bc. 2., aut per duo puncta, ut Bc. 1. al. Habuerit ergo P. Codicem diverſum a noſtris, quorum lectio ſtulta eſt, ut vulgata ad ſententiam eadem cum P. illa, ubi et Bg. in καὶ τότε ordinem delerit, ut 2, 5, 8. m. Nunc quidem critico nihil reſtat, niſi ut, ſervata lectione vulg., ſuſpicio de alia P. in Var. L. aut Nota memoretur cum depravatione Mss., quia non apparet, unde ὑπὸ per vicinitatem litterarum venerit; quanquam fingi poteſt, aliquem librarium, nulla reperta diſtinctione poſt ἀλ., (quae nec eſt ib. in A. al. in Gr. textu.) cum putaſſet, genitivos cohaerere cum pr. verbis duobus, ad ſenſum faciliorem poſuiſſe pr. ὑπὸ in marg., ut innueret, quid deeſſet, aut alias adiiceretur; unde deinde ab alio librario in textum pr. ὑπὸ recepta fuerit. Utrumque autem v. ἡττ. et ἀλ. cum gen., ſed per ellipſin iſtius pr. ὑπὸ, porro cum hac ipſa praep., habes, praeter Stp. Th., ap. Suid. 1, 124. m. 2, 56. m. v. ἡλ. ſecundum, it. 83. i. et m. Ind. Ael. V. h. Dem., cui add. v. ἡττ. cum ὑπὸ 197, 14. Thuc. cum Gottl. Or. Per. et L. Boſ. Ell. p. 541. e. cf. ſupra 2, 17, 27.

παιον καὶ δεῖγμα τῆς νίκης ἐκεί-
νης°, πόλις ἐπὶ τοῦ λόφου, Ἀλε-
ξάνδρεια καλουμένη, ἄγαλμά
τε χαλκοῦν, οὗ τὴν προσηγορίαν

adhuc tropaeum et documen-
tum victoriae illius, urbs in
colle, Alexandria nomine
simulacrumque aereum, cuius

o) Comma hoc in edd. omnibus, v. N.

τρόπαιον) Observa, urbem conditam ipsam dici tropaeum et victoriae monimentum. Nam δεῖγμα h. l. est indicium, monimentum. Dem Ol. 2. p. 7. B. (Rs. 23, 25.) ταῦτα — (μεγάλα) δείγματα τῆς ἐκείνου γνώμης — ἐστί. De tropaeis et more regum urbes pro tropaeis statuendi Barth ad Stat. Theb. 2, 706. p. 628. sq. qui ibi additamenta congessit ad Bulenger. de triumph. c. 3. Haec urbs Alexandrea est Ἀλεξάνδρεια τῆς Κιλικίας Stephano Byzantio. Meminit eius et Plin. 5, 27. Nec urbem tantum Alexandream, sed aras etiam post victoriam illam statuit eodem prope loco Alexander. De illis mentionem facit Cic. ep. 15. 4. et quidem aras Curt. 3, 12, 27. tres memorat. Leisn. (ad quem loc v Cell., qui praeterea Nostri locum affert sine Gr. Exemplum talis urbis, pro tropaeo conditae, etiam est Nicopolis Pompeii post victum Mithridatem, v. Cell. n. o. a. 2, 323. f. 22.) Urbem translate appellat tropaeum; quare fallitur Rambachius meus, qui ad Potteri Archaeol. P. II. p 242. putat, ex h. l. forsan credi posse, Alexandrum tropaea posuisse. Contrarium Pausanias testatur. Stroth.

Vere haec dicuntur, sed ut τροπ pertineat simul ad sq. ἄγαλμα χαλκ. atque de hoc simul proprie stet, quia veterum tropaea, e stipite cum armis, tamen figuram viri repraesentabant et statuam adeo quandam, (cf. Virg. A. 11, 5—16.) quae addenda notioni Stp. Th., ubi nec Nostri est gen. rei, ad analog. modo adiunctus; nisi τροπ. per se sumas et sqq. δ. τ. νικ. pro explicatione aliqua, ubi δ. cum gen. nostro iterum modo ad analog., cf. ad 6, 6, 11. ubi Bg. ap. G. Th. saltem cum syn. ἐπίδειγμα, qui, deserta P. libertate rel., retinet Lat. eius ad ἔτι νῦν, pro severiori Sch. e Sb. Ind. „etiam nunc" male vertente Stp. Th. ἔτι per se iam sic, et ne ibi quidem tenente Nostri formulam, nec in νῦν, me cum reperiente tantum in L. N. T., non vero ap. G. Th. et Hor. Turs. Lat. adhuc nunc, sed Nostro variante cum ἔτι καὶ νῦν 3, 1, 15. Caeterum quod comma post ἐκειν. habent edd. Gr. cum Vs. Bg., facit id, ut ad sq. membrum assumendum sit Gr. δή, Lat. scilicet, cum contra, eo commate remoto, (quod omittunt Lat. Vss. P. quaedam, ut A. 2. et ipsa Antwp.) in prioribus τροπ. κ. δ. τ. νικ. ἐκ. subintelligi debeat Gr. ὡς, Lat. tanquam; ad Nostri locum de urbe iterum non respiciente Cellar. n. o. a. 2, 214. f., ubi P. ad v. χαλ. negligens, sed Bg. iterum, ut 1, 2, 2. Denique Casp. Barth. Adv. l. 35. c. 17. p. 1619. „urbes aliquando Tropaeorum vicem erant, (cum nostro loco μένει — χαλ. sine Vs., sed l. 34. c. 9. p. 1561., ubi eandem rem tractat, modo sic.) Et in historiis legimus, ingentes urbes tropaeorum instar locis, ubi bene pugnatum fuerat, inaedificatas."

ἀγ. — οὗ) i. e. τούτου τοῦ ἀνδρὸς, οὗ λ. Reisk. Duo pronomina latent in articulo, nimirum illius, cuius, quorum prius ad ἄγαλμα, posterius ad προσηγορίαν referendum. Stroth.

Postrema Strothi sunt obscuriora, rectiusque Rsk. supplementum s. simplicis pron. τούτου s. ἐκείνου, quo et spectant P. relata „ipsius —, unde"

ὁ τόπος φέρει. συνέβη δὲ p, 7. nomen locus habet. Contigit autem exercituum Severi ac Nigri non congressum modo in eodem fieri loco, sed et fortunam similem

καὶ τῶν στρατοπέδων τοῦ Σεβή-ρου τε καὶ Νίγρου μὴ τὴν σύνο-δον μόνον κατ' ἐκεῖνο γενέσθαι τὸ χωρίον, ἀλλὰ καὶ τὴν τύχην

p) Nostrum hoc comma est, v. N.

pro *a quo*, ut in sqq. sit periphrasis nominis proprii τοῦ Ἀλεξάνδρου, nec bene Leisn. scripserit in m. Ox. „forte exciderunt verba τοῦ Ἀλεξάνδρου" uno Sch. servante severum in „φ. locus *fert* appellationem *eius*" sed me formulam Nostri πρ. φερ. tantum tenente alia notione e Diod. S. 2, 434. pen. τοῦ τὴν πρ. φέροντες εἰς λ. *qui* nomen *suum* referebat *ad* rel. (i. q. ἀναφερ. cf. supra 1, 7, 7.) et praeterea e Lat. analogia, cf. 1, 11, 7.

συνέβη) Etsi alias ap. Nostrum δὲ καὶ ab initio §. pertinet ad prius verbum: hic tamen separavi δὲ per comma, quia v. συν. post se haber acc. cum inf., et καὶ, cum isto verbo copulatum, alium sensum facit, est que Lat. *etiam*, pro praeterea, notione addendi s. continuandi, qua Noster narret aliud, et ad aliud pergat; cum potius hanc rem praesentem componat cum antiquiore, quam coeptam §. 5., deseruit §. 6., interposito episodio de tropaeo illo. Itaque, quum redeat hac §. 7. illuc, unde discessit, (quod ostendunt illa κατ' ἐκεῖνο τὸ χωρίον et τύχην ὁμοίαν:) refero καὶ ad sqq., per Lat. *etiam*, pro similiter s. itidem, sensu comparandi, *contigit vero*, quemadmodum olim Darii Alexandrique, orientalium et septentrionalium exercituum, §. 5., ita nunc *quoque* exercituum Severi ac Nigri ad illum locum fieri non modo congressum, sed et fortunam *similem* isti *fortunae*; unde P. et Bg. non bene καὶ omiserunt, nec id redundat, si nobiscum orationem suppleas et verba regas, nec advertatur illis μὴ μόνον — ἀλλὰ καὶ, ut quae pertinent non tam ad v. γενέσθαι, quam ad duo subst. τὴν συνοδ. et τὴν τυχ., valentque i. q. *tum* — *tum*, s. *et* — *et*, s. pro simpl. copula τὴν συνοδ. καὶ τὴν τυχ.

τῶν στρατοπ.) Malim τῶν Σεβήρου λ. *Reisk.* Sine necessitate, quia alter articulus in secundo subst. etiam alibi desit, cf. 3, 2, 11. Γαλ. 2, 8, 14. ὑποστχ. In sq. συνοδ. Stp. Th. 2, 1180. F. totius §. huius prolatae Gr. reddit tamen modo haec Lat. „congressum *in* eo *loco*" sub Lat. Sb. *constitlus*, e Thuc. sine Ind., cui add. Ind. Sb. e Xiph. et in aliam notionem D'Orv. Ch., ubi Stp. cum P. manet in severo Lat. ad pron. ἐκ., dum Bg. reddit κατὰ τὸ αὐτὸ, ut P. ad 1, 12, 1., quia notiones sunt coniunctae; nisi Bg. omissum ante καὶ huc contraxit, quia *etiam is* valet pro uno *idem*.

τὴν τύχην λ.) Num τῆς τότε τύχης? Saltim subauditur aut τότε, aut τῆς Ἀλεξάνδρου καὶ Δαρείου. *Reisk.* Forsan inserendum ἐκείνων. *Strotb.*

Abundantia est hic iterum Nostri quaedam et lusus aliquis in repetito per polyptoton subst. τῆς τυχ., cum suffecerit τὴν τυχ. ὁμ. s. ὁμοίαν τὴν τυχ. (ut ap. Dem. sine Ind. 1395, 7. τύχην δὲ οὐκ εὔπορον εἶναι τὴν ὁμοίαν λαβεῖν,) sine isto gen., quem Bg. quoque retinet cum P., sed severiori ordine, ubi nihil opus, nisi articulum τῆς intelligere pro pron. demonstr. ἐκείνης, et in Lat. illum gen. *fort.* pro dat., ut paulo ante vertimus. Unde nec coniecturae indulgendum, quasi fuerit olim τῆς μάχης, *fortunam* pugnae *similem*, ut Sch. vertebat „τυχ. fortunam *pugnae*" i. e. pugnae

ὁμοίαν τῆς τύχης. ἀντιςρατοπεδευσάμενοι γὰρ ἑκατέρωθεν περὶ ἑσπέραν, πάσης τῆς νυκτὸς ἐν Φροντίσιν ἑκάτεροι καὶ δέει διαγρηγορήσαντες, ἅμα ἡλίῳ ἀνίσχοντι ἐπ᾽ ἀλλήλους ἠπείγοντο, παρορμώντων ἑκα-

8. fortunae. Cum enim caſtra poſuiſſent ex adverſo utrinque circa veſperam, tota nocte in curis utrique et metu pervigilarunt: ſtatimque cum ſolis ortu adverſum utrique contendebant, incitanti-

eventum eundem, aeque felicem et infelicem ab alterutra parte; nihil in ſententiam tenenre me, quam haec e G. Th. in ſubſt. 723, 88. habere *ſimilem* cauſae *fortunam*, et l. 93. inſequitur *eadem* fortuna *viros*, quae duo loca non reperi per numeros indicatos, ſed ib. 683, 23. par *fortuna* duorum *eſt*, it. 446, pen. e Liv. 6, 28. in. *caſtra — hoſtium haud procul Allia flumine poſita, — fatalem ſe urbi Romanae locum* cepiſſe, — *ſimilem* pavorem *inde* ac *fugam* fore, *ac bello Gallico fuerit*, ſed in ὁμ. cum gen. rei cf. Poll. Sy cum Fab. Aeſ. ut L. N. I. cum gen. perſ.

ἀντιςρατοπ.) Praeter libera P., habet Sch. „*ex adverſo* caſtra *metati*" fere cum Bg. et Stp. Th. ſine auctore et loco, cf. Thuc. ſine Ind. 1, 25. i. Sb. Ind. e Xiph. Zoſ. 1, 52, 8. cum Poll. 1, 160. In ſqq. iterum liber P., omiſſo etiam pron. ἑκατ., forſan ob pr. adv. ἑκατ., quod ipſum redit mox per gratam negligentiam Noſtrique abundantiam. Deinde Sch. „διαγρ. *quum* totam *noctem* pavoribus *extraxiſſent*" fere cum P., niſi quod eius omittit adi., (a G. Th. in explicatione adhibitum etiam, cum Cic. *orat.* ut *eam* noctem *pervigilet*,) ſub themate διαγρηγ, ap. Stp. Th. 1, 1075. B. m. ſine auctore, ſed ib. A. e. „διαγρηγορῶ, Bud. ex Herodian." ſine loco, nec cum Bg. Lat., nec aliunde, ut ego tantum habui e L. N. T., ſed ſimile ap. Diod. S. 1, 722. l. 64. τὴν νύκτα διηγρύπνησαν ἐν τοῖς ὅπλοις, paremque inſtructae narrationis picturam e Liv. 1, 25. i. Sed quod Bg. hoc particip. reſolvit: factum eſt ob reſolutum quoque pr. particip. ἀντιςρ., quod proprie cohaeret cum v. finito ἠπειγ., cui praemittitur alterum membrum πάσης — διαγρ., ut alibi in cumulatis particip.

ἅμα ἡ.) P. delerit Bg. modo in v. ἠπ., ubi et Sch. „contendebant *alii* adverſus *alios* in acie" quo Lat. et redditur in Ind. Dion. C., non item ap. Stp. Th., ubi procedebat *adverſus ſe*; ut ſeverior eſt in altera formula Vs. ad Luc. 2, 74. l. 86. ἁ. ἡ. ἀ. *cum* ſole *oriente*, prorſus cum Noſtro, cf. Ind. Sb. Stp. Th. Bud. C. Poll. 1, 68. Suid. 1, 210. e. 3, 194. e. it. Ern. Call. p. 517. i.

παρορμώντων) Aut hic δ᾽ eſt inſerendum pone παρορμ., aut §. ſq. pro δὴ leg. eſt δὲ vel τὰ potius. *Reiſk.*

Etſi ad Luc. 3, 406. N. a. i. locus ſic editur ſine Vs. „παρ. ἐκ. τῶν ςρατηγῶν· προϑ. δὲ πάσῃ ἐν., ὡς .... τολ. ἐκ. μ." et ipſe P. liberior eſt in contractis in unam periodis Noſtri: tamen lectio vulg. bene habet, ſi quis illos gen. ſ. abl. conſq. παρορμ. λ, ſubaudito pron. αὐτοὺς, ἑκατέρους, notione cauſae iungat cum pr. enunciatione, et §. ſq. δὴ capiat potius nobiſcum pro Lat. *igitur*, ſenſu illativo ſ. cauſali etiam, quod inde referetur ad proximum pr. membrum, cumulatis ita cauſis, ut alibi. Tum, ut προϑ. reſpicit ad §. 3., ſic pr. v. ἠπειγ. ſumendum eſt latiori ſenſu de itinere properato (unde et adiunctum ἅμα ἡλ. ἀν.) e caſtris utriſque usque

τέρωθεν τῶν ϛρατηγῶν. προθυμίᾳ δὴ πάσῃ ἐνέπιπτον, ὡς [q] ὑπὲρ λοιπῆς καὶ τελευταίας ἐκείνης μάχης, κἀκεῖ [r] τῆς τύχης διακρινούσης τὸν βασιλέα. ἐπὶ

9. bus utrinque ducibus. alacritate certe summa irruebant, tanquam reliquo illo et postremo proelio ibi etiam fortu-
10. na decernente imperato-

q) ὡς deest in Ms. Ba. *Mart.* v. N. r) Sine iota in A. al., cf. 1, 16, 12. e.

ad certum locum, ubi conflictus ipse fiebat, qui demum innuitur verbo sq. ἐνεπ. Certe etiam Leisn. in m. Bc. 2. ad δὴ scripserat „*ergo.*“

ἐνέπιπτον) Forte συνέπιπτον. *Reisk.* Servatur vulg. verbum ad Luc. l. l., explicatum notione hostilis invasionis, s. pro *invadere* et *irruere*, quo, post libera P., cum Bg. respicit quoque Sch. „*irruebant* magna *cum alacr.*“ cf. Stp. Th. 3, 316. F. e. ad Luc. 2, 537. N. 98. Abr. Dl. Th p. 225. i. Ind. Xen. Cyr. Z. cum Hes. α, 420. sed πάσῃ πρ. ap. Iol. 2, 226. s. 1. m. *summa* cum *alacr.*

ὡς ὑπὲρ) Forte ὡς ὑπὲρ μόνης λοιπῆς λ. *Reisk.* Et sic quoque Leisn. ad m. Ox. inseri voluit hoc adi. „s. μόνης“ cuius nullum vestigium est ap. P., qui alia quaecunque dat, servans modo ὡς, a Ms. Ba. tentatum, quod unum videtur exprimere Bg. sine pr. ὑπὲρ, quae cum ὡς est quidem ap. Dem. 605, 23. 628, 3., sed non sine verbo aliquo, ut hic stat, ubi non commoda est meo quidem sensu, nisi fortassis, ut Lat. *pro*, i. loco, vice. Corruptum locum existimans dudum, cogitabam varia, ὡσείπερ, quod tamen non reperi, quanquam analogiam habens per illud καθάπερ,) it. ὥσπερ, (quod maxime Bg. respexerit,) it. ὡσεὶ δὴ λοιπ., (pro quo tamen Nostro solennius ὡς δὴ, *quasi scilicet*,) it. οἷα περ, quod Stp. Th testatur esse ap. Thuc. et Xen., infra tractandum, it. ὡς δὴ ἐν λοιπῇ καὶ τελευταίᾳ ἐκείνῃ μάχῃ, (quia saepe confusa sunt ς et iota postscriptum, quod proximum Bg.) it. ὡς οὔσης λοιπῆς rel., ut Xen. Cyr. 7, 5, 35. ὡς δορυαλώτου τῆς πόλεως οὔσης, quem gen. consq., omisso participio οὔσης, mutarit Bg. in abl., qui per hanc regionem modo abit in ordine pron. ἐκειν., comparante me tum Polb. 1, 3 1. m. (μόνον δὲ σπεύδων συμπεσεῖν τοῖς πολεμίοις, ὡς προδήλου τῆς νίκης αὐτοῖς ὑπαρχούσης, quod ipsum particip aliquis reperiat in vulgatis hic elementis, quasi fuerit ὡς ὑπαρχούσης λοιπῆς λ.) tum Liv. 1, 15. i. *Romanus, postquam hostem in agris non invenit*, dimicationi *ultimae* instructus *intentusque*, *Tiberim transit*, quod non habet Ind. Ern., sed similia “ad *ultimum* dimicationis *rati rem venturam*, i. qua bellum decerneretur, exitum haberet, — certamen *ultimum*, i. in quo ultima spes est“ ad quem sensum P. spectarit; Nostro addente per copiam suum adi. λοιπ. (quale quid non est ap G. Th. ut nec in Bg. *postrem.*) pro quo Gr. vulg. proponerem praeterea ὑπόλοιπος, si in feminino genitivus usitatus esset, nec potius finitio masc. ὑπολοίπου, cf. Herdt. 560, 26. et Stp. Th., qui nec aliter novit περίλοιπος, cf. Thuc. 153, 57., alioqui hic aeque aptum.

διακρινούσης) Malim fortunam dici διακρινοῦσαν βασιλέα, — nam male Pol. accepit pro praesenti, cum sit fut. — *quae* discretura sit *regem*, i. discrimine habito regem constitutura, discernendo verum et legitimum ab ementito et illegitimo. Non male etiam redderetur fortasse, *diiudicatione sua regem ostensura.* Fateor tamen improprie de fortuna videri

πολὺ f) δὲ αὐτῶν διαγωνισαμένων, πολλοῦ τε ἐργασθέντος φόνου, ὡς καὶ τὰ ῥεῖθρα τῶν

rem. Diu autem ipſis dimicantibus, ingentique edita ſtrage, ut et flumina per il-

f) Ms. Ba. hic cum edd. dividit, ſecus ac 1, 15, 13. m.

poſſe dictum διακρίνειν, quum ſit ἄκριτος, eiusque ſit, ἀκρίτως et ἀπροβουλεύτως omnia facere. *Steph.* Metaphora de fortuna iudice ſ. arbitra reperitur infra 3, 7, 4. *Sylb.* Etſi fortuna in rebus humanis utramque paginam facit: illa tamen et bene et male iudicare de rebus humanis dr. ab auctoribus. Liv. 27, 44. *apparebat, quo nihil iniquius eſt, ex eventu famam habiturum* (*tam audax iter Conſulis.*) At ib. 21, 10. eventus *belli*, velut *aequus* iudex, *unde ius ſtabat, ei victoriam* dedit. *Leisn.*

Qui et ad m. Ms. Bg „aliter Stp.“ quia Bg. manſit in praeſ. cum P., ut tamen nec ipſe improbem fut., quod conſiſtit cum praeſ., ſi quidem in pr ſumatur membro latere participium praeſ. οὔσης ſ. ὑπαρχούσης, unde καὶ in ἐκεῖ ſumendum erit pro ſimpl. copula, ut duo ſint membra ac binae cauſae, cur animo ſummo irruerint pugnarintque, quia illa pugna tantum adhuc reliqua eſſet et ultima, tum quia adeo fortuna pugnae (ſic enim iterum hic capietur τύχη, ut §. 7.) ſ. eventus pugnae decreturus ſ. definiturus eſſet imperatorem, i. oſtenſurus, uter, Niger, an Severus, impetator eſſet futurus ſ. manſurus. Verum nec P., nec Bg. copulam hic agnoſcunt, et Bg. Ms. ne comma quidem poſt μαχ. Hinc dubitatio oriri poteſt, annon Bg. unum modo cogitarit membrum, ſic forte, ὡς δὴ ἐν λοιπῇ — μάχῃ κἀκεῖ λ., ſumto καὶ pro *etiam*, (ut diſerte in Vs. eius comparet,) et ἐκεῖ, illo in campo, i. ſimiliter, ut olim, cf. §. 5. Alioqui, ſi Bg. ipſe comma poſt μαχ. voluit, et duo membra, per emendationem illam cum participio: priori membro ὡς οὔσης — μάχης, quod eſt pro cauſa praecedentis enunciationis, adiungetur membrum κἀκεῖ λ., ut cauſa peculiaris, ſ. reddetur iterum a Noſtro cauſae cauſa, idque duobus gen. conſq., et primi membri ὡς — μάχης alterum κἀκεῖ erit pro explicatione quadam, atque in primis illius adi. τελευτ., quod ſupra vidimus Erneſtium in Liv. Ind. peritiſſime exponere „*qua* bellum *decerneretur*“ ipſoque adeo Bg. Lat., dum Noſter in formula tota ſequitur analogiam modo tum Lat., (ubi verbum Bg. cum acc. perſ. ſolenne, v. c. decernere *legatos*, cf. G. Th.) tum Gr., ubi ſimpl. et compoſ. uſurpatur maxime cum acc. rei, cf. Ind. Dem. (ubi ex 1468, 15. τῆς δὲ ἀναγκαίας μὲν, ἀγνώμονος δὲ τύχης, οὐχ ὡς δίκαιον ἦν, ἀλλ' ὡς ἐβούλετο, κρινάσης τὸν ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας ἀγῶνα, ὃν ὑμεῖς ἠγωνίσασθε, et 327, aa. τὴν τύχην κακίζειν, τὴν οὕτω κρίνασαν τὰ πράγματα, cui ſubſt. Noſter iunxit compoſ. διακρ. cum acc. perſ., ut imitationem celaret,) Weſſ. ad Diod. S. 1, 534. N. 49. cum p. 553. N. 32. D'Orv. Ch. p. 678. c. ſq. Graev. L. Heſ. p. 97. e. it. ad Polb. T. 1. p. 857. cum Ind. v. κριν. et διακρ., ad Hom. 'Οδ. σ', 263. cum Foeſ. p. 93. b. m. 218. a. m. Bud. C. 41, 40. ſqq. Krb. Plut. p. 160. m. et Decr. R. p. Iud. p. 171. m. Loesn. p. 172. m. Rsk. ad Polb. p. 402. m. 482. m. et Ern. ad Xen. M. S. 4, 4, 16.

διαγωνισ.) P. emphaſin in v., partim a Sch. ſervatam „quum *acriter* diu *pugnaſſent*“ deſerit Bg. (cf. G. Th. cum ſimpl. ἀγωνίζομαι,) it. Stp. Th. aliunde, cuius locus e Xen. Cyr. eſt 1, 6, 26. ſine Ind., cf. Sb. et Dem. In ſq. formula ἐργ. φ. e P. abit Bg. a ſe ipſo, (cf. 3, 3, 6. e. et Ind. Corn.

διὰ τοῦ πεδίου ποταμῶν ῥεόντων[t] αἵματος πλεῖον, ἢ ὕδατος, κατάγειν[u] εἰς θάλασσαν, τροπὴ τῶν ἀνατολικῶν γίνεται. ἐκβιασάμενοι δὲ αὐτοὺς οἱ Ἰλ-

lum campum decurrentia plus sanguinis quam aquae devolverent in mare, in fugam versi sunt orientales. 11. urgendo autem illos Il-

t) Sustulimus comma hic Stp. et al. u) Ms. Bav. κατάγειν εἰς θάλατταν λ, in postremo iterum inconstans, cf. §. 4. e. II. 2, 11, 16., sed in v. praef. cum Stp. rel., pro A. et Bs. καταγέγειν hoc pravo accentu, forte pro circumflexo, v. N.

N. v. *facere*,) sed cum aliis Intep., v. Vs. ad Thuc. 70, 71. et in rem Dion. C. 1249, 63. *ἐγένετο μὲν ἰσόῤῥοπος ἡ μάχη ἐπὶ μακρότατον*, et l. 82. *φθόρον δὴ τοῦτον πλεῖστον ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ συνέβη γενέσθαι. δύο γὰρ μυριάδες τῶν μετὰ τοῦ Νίγρου διώλοντο.*

ὡς καὶ τὰ ῥεῖθρα) Historici nunquam magis exaggeratione utuntur, ac luxurianti ingenio indulgent, quam ubi praelium describitur. Talis exaggeratio merito putatur illa Hannibalis, qui ap. Luc. dial. mort. 20. *καὶ τοσούτους ἀπέκτεινα μιᾶς ἡμέρας, ὥστε τοὺς δακτυλίους αὐτῶν μεδίμνοις ἀπομετρῆσαι, καὶ τοὺς ποταμοὺς γεφυρῶσαι νεκροῖς*, ed. Hsth. p. 37. (Rz. 1, 382. l. 99.) Itaque hoc quoque pertinet ad illum historicorum morem, quem pungit Plin. ep. 9, 16. *quum historicorum more scribas, numerum iniri non potuisse.* Scilicet, ubi historici praelium et cladem aliquam narrant, numerum caesorum iniri potuisse, negant. *Leisn.* Similem locum v. infra l. 4. c. 9. ad fin. *Stroth.*

Leisn. et in m. Ox. „exaggeratio, cf. Ind. Flori in *fluvii*" ubi, praeter Nostri locum, per numeros modo laudatum, affertur simile quid e Chronico Reginonis, sed hinc forte ductum „*tantaque caedes — facta est, ut ipse* alveus, *de cadaveribus repletus*, *magis* cruorem, *quam* aquam, *fundere videretur*" retinente Bg. e P. unum subst. ad *τὰ ῥεῖθρα τῶν ποταμῶν*, pro duobus, etiam ap. Lat. solennibus, *flumina — amnium*, i. e. aquam, fluxum, fluctus, cf. 3, 3, 11. *διος.* et G. Th. v. *flumen*, ubi et ex Apul. 695, 35. amnium *fluores*, et p. sq. l. 92. ex Ovid. *ruunt* per *apertos* flumina *campos*; sequente Nostro et hic analogiam Lat. aut Gr. hanc ap. Stp. Th. 3, 681. B. „*τὰ ῥέεθρα τῶν ποταμῶν*, ex Herodt., (sine Ind. et C.) Theophr. de hist. pl. — *ποταμοῦ — τὸ ῥεῖθρον* Ab Herodt. quoque ita usurpari tradit Bud." sine Ind. iterum, sed articulum reddente rursus Bg. e P., qui in v. *καταγ* videntur sequi aor., quanquam et alibi reddentes sic praef., ut eodem Lat. hinc Stp. Th. 1, 79. F. „*adeo* ut *plus* sanguinis, *quam* aquae *in* mare *devolverent.*"

ἐκβιασάμ.) E P. (qui et hanc §. contrahit) vertens Stp. Th., non tenet Bg., ubi Sch. „*quum* coëgissent *eos*" h. l. e loco depellere vi, cf. Ind. Sb. Polb. Ael. V. h. et Abr. Dl. Th., ubi et in rem criticam, ut ap. D'Orv. Ch. In sq. v. *ἐξ.* Stp. Th. „saucios *protrudunt*" partim e P., ut Bg., qui illius deserit severitatem in sq. part. *φευγ.* per syn. formulam e praep. cum subst., quo ipso cavit, ut ne cum pr. artic. coniungeretur, quapropter post *δὲ* posuimus comma, ut *τοὺς δὲ*, per se sumtum, ad pr. *τοὺς μὲν* referretur.

λυριοὶ, τοὺς μὲν[x] εἰς τὴν παρακειμένην θάλασσαν τιτρώσκοντες ἐξωθοῦσι, τοὺς δὲ[y], φεύγοντας ἐπὶ τοὺς λόφους διώκοντες, αὐτούς τε φονεύουσι, καὶ πολύ τι[z] πλῆθος ἄλλων ἀνθρώπων, ὅ περ ἔκ τε τῶν περικειμένων πόλεων καὶ ἀγρῶν ἤθροιστο, ὡς ἀπ' ἀσφαλοῦς τοῦ τόπου τὰ γενόμενα[a] θεάσαιντο. ὁ δὲ Νίγρος, ἵππῳ γενναίῳ ἐποχούμε-

lyriciani partim in adiacens mare saucientes protrudunt, partim in fuga versus colles persequendo, cum ipsos obtruncant, tum ingentem multitudinem aliorum hominum, qui ex circumiacentibus urbibus et agris congregati fuerant, ut ex tuto loco, quae ge-
12. rerentur, spectarent. At
Niger equo generoso invectus

x) In Ms. Ba. τοὺς μὲν abest. *Mart.* it. τοὺς in ed. Lugd., mendose utrumque. y) Comma hoc in A, v. N. z) In Ms. Ba. abest τι et ἄλλων. *Mart.* sed tantum τὶ in Ms Vi. et ed. Ox. v. N. a) Ms. Ba. etiam γενόμενα, sed ι supra adscripta notat, esse γινόμενα. *Mart.* v. N.

πολύ τι κλ.) Omissum est pron. in Ms. Ba., cum servent rel., vel e glossa per comparationem cum 1, 2, 7. vel per incuriam, elapsum ob pr. λυ syllabam, quia toleravit supra §. 2. hoc cap., ubi Bg., ut hic, cum P, qui praeterea omittit cum Ms. adi. ἀλλ., elapsum iterum per negligentiam scribae, quia Mss. rel. retinent, quod recte Bg. quoque servat, cum magis definiat adiunctum subst. ἀνθρ., quocum clarius opponitur *militibus*. Sed sq. ὅ περ Bg. e P. non retulit ad remotius pr. subst. πληθ., verum ad proximum subst. ἀνθρ., huc spectante Stp. Th. in v. περικ. 2, 168. C. cum Bg. e P., it. 3, 1172. B. m. e P. fere „ὡς ἐπ' ἀσφ. — τὰ γεν. θ." cum lect. al. memoriter, aut potius mendose in praep., non autem adhibente L. Bos. Ell. p. 332. e. hunc locum, ubi plene est adi. ἀσφ. cum τοπ. nisi cum Sch. pro subst. habeatur.

τὰ γενομ.) Rectius γιγνόμενα, s. γενησόμενα. *Sylb.* Sed aoristi ea vis, ut non praeteritum tempus, sed tempus indefinite significet, v. Olear. ad Matth. p. 276. Apoll. Tyan. ep. LXIIX. ed. Olear. p. 405. καὶ προσαγορεύσαντα γενομένους σεισμοὺς, *qui* futuros *terrae motus* praedixit. *Leisn.* Sylburgius putat, rectius dicendum fuisse τὰ γιγν. s. γενησ. recepta tamen lectio defendi potest. *Stroth.*

Leisn., qui et in m. Ox. „leg. γινόμενα s. γενησ." causam addebat ante in N tum grammaticam, (quia aor., pro infinita natura sua, significet tum praes., tum impf., tum perf. et plusq., tum fut.) tum aliam per exemplum et usum loquendi ex Apoll., ubi per fut. redditur, quod tempus vindicari aoristo etiam propterea potest, quia ponitur pro praes., sed hoc pro fut. Hic quidem proprie aor. valeat pro impf., quod diserte dedit Bg., forsitan e Sch., deserto P., ut de eodem sensu γεν. et γιν. dictum supra ad 2, 3, 17.

γενναίῳ) Liberum P. per totam §. deserit Bg., cf. de γενν. 2, 9, 6. m. et de ἐποχ. ib. e. In sq. autem §., quam libere iterum P. contrahit, recte idem tamen ad v. καταλαβ. extrinsecus assumit adv. ἐκεῖ, ut alibi. Sed

νος, φεύγει μετ᾽ ὀλίγων, εἴς τε τὴν Ἀντιόχειαν ἀφικνεῖται. καταλαβὼν δὲ φεύγοντα τὸν λοιπὸν δῆμον [b], (εἴ τις καταλέλειπτο,) οἰμωγήν τε καὶ πένθος ἐν τῇ πόλει [c] παῖδάς τε [d] καὶ ἀδελφοὺς θρηνούντων, γενόμενος ἐν ἀπογνώσει [e], καὶ αὐτὸς ἐκ τῆς Ἀντιοχείας ἀποδιδράσκει [f].

fugit cum paucis et Antio-
13. chiam pervenit. Inveniens autem fugientem reliquum populum (si qui relicti erant) eiulatumque et luctum in urbe filios ac fratres lamentantium, redactus ad desperationem, et ipse ex Antiochia aufugit: ac in quo-

b) Ms. Ba. δῆμον εἴ τις καταλελ. una serie, ut in A. cum Bs. 2. pro commate post δημ. Bs. 1. al. et pro parenthesi Stp. rel., v. N. c) Comma hic erat in edd. omnibus, tacite quoque in Mss., v. N. d) Ms. Ba. παῖδας τὸ λ. ut 3. 3, 6. sed contra 2, 3, 7. e) Hic et post sq. αὐτ. nullum comma in Bs. 2. R., sed tantum post αὐτ. in A. al., v. N. f) Comma hic in Bs. al., v. N.

membrum εἴ τ. κατ., secus ac P., servat Sch. „reliquus *fuerat* populus" relatum sic manifesto ad pr. subst. δημ., cui adiunxit Noster adi. λοιπ., quia §. 11. e. dixerat, homines in colles abiisse, in quibus haud dubie etiam fuit pars populi Antiochiae; unde sequitur mox de fletu ob caesos, qui fuerint ex isto populo, nec solum iuvenes, castra militiamque secuti, §. 2. 3, 1, 7. Sed Noster praeterea εἴ τις ponit cum δημ., cogitans totius partes singulas; quo tendat Bg. numerus mutatus, ubi suppleas pron. cum praep., *si qui* ex *eo*, populo, *relicti essent*; servantibus hic omnibus libris, (etiam Sb. Ind. cum „*relictus erat*") formam plusq. in augmento simpl., non mutata praep., cf. 3, 3, 2. e. Sed parenthesin hic necessariam facit hoc, quod rectio interrumpitur prior, eum v. καταλ. cohaerente adhuc accus. οἰμ. et πενθ., a quo utr. pendet deinde gen. θρην., unde non potest comma locum habere post πόλει. Tum in θρην. cum οἰμ. et πενθ. abundantia est quaedam lususque in iunctis affinibus, cum suffecerit v. c. ἀποβαλόντων, *eorum*, qui *amiserant*; deferente Bg. in formula γεν. ἐν ἀπ. Pol. et se 2, 13, 21.

καὶ αὐτὸς — ἀποδιδράσκει) Haec incuria librarii absunt a Ven. tum quoniam ante haec verba vox ἀπογνώσει similiter ac ἀποδιδράσκει in ει exit, tum quoniam et sequens εἶχος a voce καὶ incipit. *Stroth.*

Quae bona argumenta confirmantur etiam his aliis, quod tum Ms. rel. tenent vulgata, tum P. monstrat eadem oblique et alio ordine, quippe qui illa καὶ αὐτὸς traxerit ad pr. membrum γεν. ἐν ἀπ. cum edd. quibusdam, nisi libere deseruit ordinem; ubi καὶ αὐτὸς referetur melius ad sq. membrum ἐκ τ. Ἀντ. ἀπ., quia haec enunciatio respicit primam illam huius §. partem καταλαβ. φευγ. τ. λοιπ. δημ., ut, cum inveniret videretque reliquum populum Antiochiae fugientem, et ipse ex hac urbe aufugerit, adductus tum misericordia mollitiave quadam animi, et impatientia luctus illius eiulatusque in urbe, tum vero etiam desperatione, ob amissum in pugna exercitum, nec alium facile colligendum post tot clades. Sed post ἀποδ. valeat quoque comma quarundam edd., quia non adest disertus nominativus alius, sed a pr. Νίγρος etiam sq. §. pendere

καὶ ἔν τινι προαστείῳ κρυπτόμενος, εὑρεθείς τε ὑπὸ τῶν διωκόντων ἱππέων καὶ συλληφθεὶς, τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη. τέλει

14. dam suburbano occultatus, inventusque a persequentibus equitibus et com-
15. prehensus, capite trunca-

potest. Alioqui in distinctione maiori ex nomine illo proprio petendus est nominativus pron. αὐτὸς, ut alibi, aut ex proximo hoc ipso pron. repetendus. Denique duo adhuc observanda sunt in hac §., primum verbi καταλαβ. diversa non modo rectio cum acc. pers. φευγ. τὸν λ. δημ., et cum acc. rei οἰμωγ. καὶ πενθ., sed etiam hinc vis et notio, quia partim significat videre, partim audire, et adeo usurpatur hic simul de animo ac corpore, cf. 2, 1, 8. de Lat. Bg. (qui, cum plane tacuisset P., non secutus est Sch. „*quum* offendisset *fugientem*") ubi G. Th. nihil, quam 1208, 66. explicat per *deprehendere*, tum l. 86. per *videre*, sed de animo tantum, et l. ult. *invenit* hostem *populabundum* in *agro*. Alterum est, quod Leisn. in Ms. Bg. uncis inclusit cerussa praepositionem *ex* cum subst. urbis *Antioch.*, vel sic tamen retinendam, cf. 2, 13, 18. e. Sed de re ipsa Dio C. 1249, 90. ἁλούσης δὲ τῆς Ἀντιοχείας, — ἔφυγε μὲν ἀπ' αὐτῆς ὡς πρὸς τὸν Εὐφράτην ὁ Νίγρος, διανοούμενος ἐς τοὺς βαρβάρους φυγεῖν, ἑάλω δὲ ὑπὸ τῶν καταδιωξάντων, καὶ ἀπετμήθη τὴν κεφαλὴν λ., discedens ita nonnihil a Nostro (cf. 3, 2, 11.) in §. sq., ubi Bg. deserit P. notionem med. ad v. κρυπτ., etiam Stp. Th. 2, 462. G. m., sub pass. hunc locum afferens sine Vs., sed Leisn. in m. Ox. ad τὴν κ. ἀπ. „Bentl. ad Hor."

τέλει) Amm. Marc. 26, 8. sub fin. *ut quondam Pescennius Niger ad subveniendum spei rerum extremae a populo Rom. saepe accitus, dum diu cunctatur in Syria, a Severo superatus in sinu Issico, (qui est in Cilicia, ubi Darium Alexander fudit,) fugatusque, in suburbano quodam Antiochiae gregarii manu militis interiit.* Ad h. l. Valesius observat, Marcellinum et hic et alias institisse Herodiani vestigiis. E. g. similia sunt, quae Herodi. 2, 6, 19. habet de Iuliano, et quae Marc. 26, 6. p. 460. de Procopio. Sic Marcellinus, quae narrat de Pesinuntis urbis origine 22, 9. p. 320., ex Herodi. l. 1. (1, 11, 3. sqq.) transscripsit. Similia duobus habet Scholiastes Lycophronis ap. Valesium ad l. c. p. 320. *Leisn.*

Pron. τούτῳ Ms. mutat per glossam in syn. τοιουτ., quod ei substituerat 1, 13, 12., tenente P. cum Bg. hic vulg., et sq. subst. βρ. cum circumflexo hinc Stp. Th. 1, 785. G. e. cum alio loco Hom. Ἰλ. τ, 411., ubi nulla est Var. L. nec ap. Soph. Ant. v. 945. Thuc. 48, 94. 362, 92. N. T. 2 Petr. 3, 9. cf. Lex. Schw. in N. it. Poll. 1, 43. cum N. 32. it. 3, 122. cum N. 43. et 9, 137. N. 80. Thom. M. p. 552. Well. Gramm. p. 62. Nr. 7. N. 2., variante accentu quoque ap. Ios. 1, 372. l. 5. βρ. καὶ ἀγένειαν, sed in alio subst. ap. Hom. Ἰλ. π', 857., it. per diversa loca scriptorum, v. c. ap. Zos. ταχυτῆς 4, 22, 3., sed ταχύτης 4, 32, 1. e., ut ap. Hom. Ἰλ. ψ', 740. ταχυτῆτος, it. ap. Orph. supra ad 1, 7, 8., tum ap. Dem. Ind. „βραδύτης, (malo accentu, ob sq. ipsum locum) τὰς — βραδυτῆτας, ὄκνους, λ." cui add. βραδυτῆτα καὶ ῥᾳθυμίαν 42, 22. et 50, 27. at βαρύτητος 237, 14. θρασύτητι 558, 10. 577, 19. et ὀξύτησι 730, 18., ut ap. G. Th. ipsum in Bg. est βραδυτὴς cum copulatis 721, 55. ex Cic. *cunctatione* et *tarditate*, quos gen. Gr. Noster iunxit cum δικ. modo per analog., varians cum 3, 3, 5. ἄλλως in sq. formula syn. τὰ ἀλ. Sch. „synec. (i. omissa κατὰ) quoad *alia*, h. e. alioqui" cum Bg. e P., severe Lat. *caetera*, i. e. *caeteroquin*,

μὲν δὴ τούτῳ[g] ὁ Νίγρος ἐχρήσατο[h], μελλήσεως καὶ βραδυτῆτος[i] δοὺς δίκας, τὰ ἄλλα, ὥς φασι[k], γενόμενος μὴ φαῦλος ἄνθρωπος, μήτε ἄρχων, μήτε ἰδιώτης. ὁ δὲ Σεβῆρος, καθελὼν τὸν Νίγρον, τοὺς μὲν φίλους αὐτοῦ, καὶ εἴ τινες οὐ μό-

tus est. Exitum scilicet hunc habuit Niger, cunctationisque ac tarditatis dedit poenas: cum alioquin (ut aiunt) fuisset non malus homo tum in publicis
16. officiis, quam privatim. Severus autem cum delevisset Nigrum, amicos quidem eius

g) Ms. Ba. et Vi. τούτῳ v. N. h) In Ms. Ba. colon. i) βραδύτητος hoc accentu in Ox. v. N. k) In Ms. Ba. verba ὥς φασὶ non inclusa sunt signis parenthesis. *Marc.* ut nec in edd. A. al., sed in al. cum Stp., ubi et accentus idem Ms. sed noster quoque in A. al.

ubi Noster sequitur non contractam formam, pro aliorum τἆλλα, cf. Stp. Th. 1, 341. E. e. Bud. C. 1286, 47. Wyttb. Plut. p. 43. e. cum Ind. Luc. v. e., sed Ael. V. h. v. i., it. L. Bos. Ell. p. 515. m. sine exemplo.

μὴ φαῦλος) Οὔτε δὲ ἐς τὸ κρεῖττον, inquit Dio (Xiph. Sb. 389, 38.) οὔτε δὲ ἐς τὸ χεῖρον ἐπίσημος, ὥστε τινὰ ἢ πάνυ αὐτὸν ἐπαινεῖν, ἢ πάνυ ψέγειν. *Oxon.*

Stp. Th. φ. ἀνθρ. habet aliunde 4, 50. C. cum Lat. P. et Bg., hic pro, inutilis et imperitus, cf. Fabr. ad Sext. Emp. p. 191. N. X. cum Ind. Aesch. Fi. et Gottl. Plat. Menex., ducente Bg. in sqq. partim e P. libero, it. Sch. „ἄρχ. *publice* rem *gerens*, opp. ἰδ. *privatam* vitam *agens*“ sed h. l. modo, quatenus non fuit imperator, et quum nondum imperator fuit; nisi cum Bg. capiatur ἄρχ. latius de eo, qui gerit quemvis magistratum; ubi deinde ἰδ. est, qui est sine munere publ., ut Stp. Th. 1, 1642. A. hinc sine Vs., cf. supra 2, 7, 8. de Nigri magistratibus, sed de laudibus eius Spart. p. 643. m. 646. e. sqq., ubi tamen et quaedam carpuntur, it. 660. sqq.

καθελὼν) P. deserto, Bg. delegit Lat., quod, ignoratum a Stp. Th., nec explicatum de pers. in G. Th. et Ind. Iul. Caes., redit ad illud *tollere* de *medio*, i. per bellum et alios removere e terra et dignitate, ut Xiph. S. 405, pen. ἐπειδὴ τὸν Νίγρον ἐκ ποδῶν ἐποιήσατο λ. cf. Luc. 3, 4. l. 71.

τοὺς — καὶ εἴ τιν.) Qui merito distingui debebant, v. Dion. (Xiph. S. 400, 40.) ubi Clenae Senatoris apologia conferenda cum oratione Terentii equitis ap. Tacit. A. 6, 8. et Amyntae ap. Curt. 7, 1. *Boecl.*

Non satis distinguente P. φιλ. a sqq., melius Bg. versatur, sed tamen liberius, quam §. 13., in εἴ τιν., cf. 2, 15, 13. e. Sed Sch. e Sb. Ind. in „πρ. deliberata voluntate“ praeter Bg. e P., pro quo malim non *ex voluntate*, (quia aliter dt., cf. G. Th. 1091, 42. sq.) sed nudo abl. *voluntate*, (quod ib. l. 29. sqq. similiter opponitur *vi coactus* et simplici *vi*,) aut *ex proposito*, (cf. Stp. Th. 1, 201. C. e. „Herodi. ἐκ πρ. et δι' ἀν. contraria facit l. 3. (sine Vs. hinc,) ubi videri possit legendum potius δι' ἀνάγκην, (quo de post.) Alibi pro ἐκ πρ. dixit ἑκουσίως, pro contrario ponens ὑπὸ ἀνάγκης“ recte comparans, Krb. decr. Ath. p. H. p. 403. e. sq., ubi opp. ἐξ ἀνάγκης, it. Ind. Dem. v. πρ. e. cui add. 70, 1. 528, 9. coll. l. 6. 535, 27. it. Dion. C. et syn. κατὰ προαίρεσιν Foes. p. 195. a. e.

νον ἐκ προαιρέσεως, ἀλλὰ[l] δι' ἀνάγκης προσέθεντο αὐτῷ, πάντας ἀφειδῶς ἐκόλασε[m]. τοὺς δὲ στρατιώτας, ὅσοι διαδεδράκεσαν[n], πυνθανόμενος πε-

et quicunque non modo sponte, sed et necessitate coacti, fuissent ei addicti, omnes nihil
17. parcendo punivit; milites autem qui effugerant, au-

l) Ms. Ba. ἀλλὰ καὶ δ. v. N. m) Comma in Bss. non ineptum, cf. §. 13. e. n) Ms. Ba. διαδεδράκεισαν v. N.

Rs. Or. V. 8. Ind. Lyc. it. ad Polb. p. 507. i. cum Ind. Diod. S., sed ἐκ πρ. aliter ap. Dion. H. S. T. 1.

ἀλλὰ δ.) Forte ἀλλὰ καὶ δι' ἀν. *Reisk.* cui iam respondimus 1, 3, 1., ut vidimus 1, 10, 3. e. Ms. tollere καὶ post ἀλλὰ, qui hic addit contra, (ut Bg. de suo, cum P. aliorsum abierit,) haud dubie e glossa, cum 1, 3, 1. nihil novari, nec facile exciderit καὶ a vicinitate hic, ubi v. προσεθ. (cf. 3, 2, 17.) aliunde Stp. Th. tenet cum Bg. 3, 1511. D. sq., non item formulam δι' ἀν. cum gen., quae est diserte ap. Thuc., quem Noster toties imitatur, 477, 42. sine Var. L., ut altera cum acc. ap. L. Bos. Obs. Misc. p. 100. ex Artemid. τοὺς δι' ἀνάγκην καὶ μὴ κατὰ προαίρεσιν ὑφ' ἡμῶν φιλουμένους, οἳ οὐδὲ ἡμᾶς ἑκόντες εὐεργετοῦσι λ., cui add. ap. Polb. 1, 334. m. ἢ κατ' ἀνάγκην, ἢ κατὰ προαίρεσιν λ. aut *necessitate* compulsus, *aut* etiam *ultro*, it. ap. Poss Sy. p. 236. i. „Chrysost. ἀρετὴ ἐκ πρ., καὶ οὐκ ἀνάγκης γίνεται, virtus *ex* voluntaria *electione*, non *ex* necessitate *oritur*" ubi prior praep. regit et sq. gen. per interiecta alia, ut alibi, sed ap. Dem. sine Ind. 626, 4. δι' ἀνάγκην, (ubi et 238, pen. ὅσα μὲν ἑκουσίως προσετίθετο τῶν πολισμάτων, ubi adv. cum v. πρ. par Nostri ante formulae ἐκ προαιρ.) sicut eadem sunt πρὸς ἀνάγκης et πρὸς ἀνάγκην, cf. Abr. L. Ar. p. 78. i., Bg. reddente e P., ut 2, 2, 22., quod per se aliud est Gr. illud Rs. Or. V. 7. Ind. Ant. p. 876. m. ὑπὸ σκληρᾶς ἀνάγκης βιαζόμενος, sed Sch. ?d. *necessitate*, (in subst. post ἐξ ἀνάγκης ex 1, 4, 12.) δι' ἀν. idem" recte.

πάντας ἀφ. ἐκ.) In *multos* animadvertit *praeter* ordinem *Senatorium*, qui *Nigrum* fuerant *secuti*. Spart., *Oxon.*

Plenus locus est in Sev. c. 9. p. 604. e. neque *quenquam* senatorum, *qui* Nigri *partium* fuerant, *praeter* unum, *supplicio* affecit. — *In mult.* — *secuti.* — Eos *senatores* occidit, *qui* cum *Nigro* militaverant *ducum* vel *tribunorum nomine*, quae pugnantia secum specie nec componet forsan Dio C. 1249, 97. τοὺς τὰ τοῦ Νίγρου φρονήσαντας ἐδικαίου· — τῶν δὲ δὴ βουλευτῶν τῶν Ῥωμαίων ἀπέκτεινε μὲν οὐδένα, τοὺς δὲ δὴ πλείους τὰς οὐσίας ἀφείλετο, καὶ ἐς νήσους κατέκλεισε. An. Nostr. liber est P., sed Bg., ut 1, 12, 15. e., cf. 1, 8, 17. et ἀφ. cum v. κολ. Ind. Xen. Cyr.

διαδεδράκεσαν) Ms., consentiens primum cum edd. iterum in augmento tantum uno, cf. §. 13., abit deinde in fine in duplicem ει, ut 1. 15, 2. e., nihil tale tenente Stp. Th., sed Sch. e Sb. Ind. quoque Lat. *diffug.* Ad sq. v. πεg. Leisn. in m. Ox. „Kult. p. 92." respiciens lib. de V. med. 1, 31. Fi. p. 36. et W. 47., ubi vertitur cum Sch. hinc *traiicientes Tigridem*, cum acc. Nostri τὸν ποτ. afferente Stp. Th. ex Herodt. sine Ind., cf. cum aliis acc. locorum Phil. p. 764. A. m. et C. i. Altera Ms. res in nomine fluvii est e glossa per comparationem aliorum scriptorum vel loci ap. Nostrum 6, 5, 3., cum tamen supra 2, 8, 14. nihil novatum; modo

ῥαιουμένους τὸν Τίγριδα[o] ποταμόν, διά τε τὸ ἐκ Σεβήρου δέος ἀπιόντας πρὸς τοὺς βαρβάρους, πάντας ἤγαγε[p], δοὺς ἀμνηστίαν. πολὺ γὰρ πλῆθος αὐτῶν ἀνε-

diens transisse Tigrim fluvium, ac metu Severi abiisse ad barbaros, reduxit, promissa oblivione iniuriarum:
18. ingens enim multitudo

o) Ms. Ba. τίγρητα v. N. p) Sic plane, ut dedi, in edd. omnibus, et tacite quoque in Mss.

unam tenente Stp. Th. formam „Τίγρης, *Tigris*, fluv. Persicus, at τίγρις, ιδος, s. ιος, *tigris*, fera“ fortassis e Suid. 3, 466. e., cum Sb. Ind. ferat quadruplicem in accus. τὸν Τίγρητα, it. τ. Τίγριδα, it. τ. Τίγρην et τ. Τίγριν, quarum priores duae sunt ap. Nostr, ut prima quoque ap. Zos. 3, 24, 6. et saepe ap. Arrian. de Exp. Al. l. 7. p. 452. e. sqq. ed. Blanc., it. ap. Xen. Ἀνβ. v. Ind. Z. Lat. v. *Tigr.*, cui add. 2, 2, 3. ὁ Τίγρης ποταμὸς λ. 2, 4, 21. sq. 28. 3, 4, 6. 3, 5, 1. 4, 1, 2. ut ap. Zos. l. l. §. 5. quarta illa τ. Τίγριν, it. ap. Cell. n. o. a. 2, 655. s. 5., tertiam τ. Τίγρην me non aliunde habente, sed hunc fluvium ex h. l. pro termino Rom. imperii per tempus hoc observante, cf. 2, 11, 8.

τὸ ἐκ Σεβ. δέος) E P. servat Bg. mutatam in simplicem gen. formulam, cum intra artic. et subst. ponitur praepositio cum subst., quale quid ex G. Th. dedimus supra ad 2, 15, 10. δέος ἀπὸ λ., pro qua praep. hic variatur, ut est Nostri ratio plane ap. Ael. V. h. v. δ. et ἐκ 9, 3. p. 573. e. πολὺ γὰρ ἦν τὸ ἐξ αὐτοῦ δέος, sed alia forma 2, 4. p. 75. m. δέει τῷ ἐκ τοῦ τυράννου, metu *tyranni*, cf. Plut. Hs. v. ὁ Nr. V. m. τὸν ἀπὸ τῶν θεῶν φόβον, Ind. Rs. Or. V. 4. v. ἐκ cum aliis subst. it. 1, 4, 11. φοβ., variante Nostro per ordinem et artic. additum ob interiecta cum 2, 12, 9. διὰ δ. τοῦ Σεβ., quod est illud Bg., cf. Diod. S. 1, 219. l. 61. δ. τὸ δ. *metu*. In sq. τοὺς βαρβ. nihil definiri licet, nisi, esse incolas trans Tigrim e pr. περ. τὸν Τιγρ. ποτ., et opponi, ut alibi, Romanis e §. sq. e.

πάντας ἤγαγε) Aptius ἐπανήγαγε, reduxit. *Sylb.* Forte πάντας ἀνήγαγε. *Reisk.* Utique melius foret Sylburgii ἐπανηγ. sed vero tamen haud simile est, librarios compositum illud, si adfuisset, in simplex mutasse. *Stroth.*

nace, cf. quoque funus Augusti ib. p. 833. seqq.) *Sylb.* Pol. legit aut saltem vertit, (imperatores, *qui* superstitibus *filiis* vel *successoribus moriuntur*,) quasi legeret ἐπὶ παισὶν ἢ δ. τ. *Steph.* Ven. ἐπὶ παισὶν ἢ διαδ. et sic quoque Pol. legisse videtur — Sed minus recte ita interpretatus, quis enim successorem suum vita superavit? Nonne hactenus omnes Romanorum imperatores superstitibus successoribus mortui erant? Nisi velis διάδοχον de successore vivo imperatore iam constituto accipere, quae significatio licet solita arctior, tamen h. l. vera esse pariter ac lectio Codicis videtur. *Stroth.* Lege διαδόχοις ἢ παισί. *Oxon.* Praeclara egressione describit hic Herodi. ritum consecrationis, nulli ap. veteres tam fuse descriptum. Nam Dio in Severo brevius id agit, (cf. 3, 15, 16.) v. quae de ritu toto collegere Io. Kirchmannus de funeribus Rom. l. 4. c. 13. Onuphr. Panuinius Comment. in l. 2. fast. ad an. 963. ubi etiam Catalogus consecratorum. Quod doctissimus Kirchmann. Herodianum erroris arcessit, quasi non recte diceret, *Principes consecrari, qui superstitibus* filiis *aut* successoribus *moriuntur*: ea reprehensione nihil opus esse videtur. Nam Herodianus ad originem respicit et exempla, dum ab initio Augustus Iulium, Tiberius Augustum, Nero Claudium, Titus Vespasianum, Domitianus Titum, Traianus Nervam, Hadrianus Traianum, Pius Hadrianum, Marcus Pium, Commodus Marcum consecrarunt, omnes *filii* scil. aut *destinati successores*. Haec consuetudo fuit. Consecratio feminarum extraordinaria est. Vt taceam, Herodianum hic non loqui, nisi de *Imperatorum consecratione*, quae interim non excludit alias consecrationes, singularibus ex caussis, vario que consilio et arbitrio factas. *Boecl.*

Sane lectio Mss. per se non est reiicienda, quia διάδοχος et *successor* sumitur interdum isto sensu arctiore, de certo ac definito; etsi interdum tale quid adiicitur, ut ap. Plin. Pan. 11, 3. *in* principe *enim*, qui *electo* successore *fato concessit*. Rosinus quidem in Ant. Rom. (ab Ern. in m. Par. adscriptus) p. 212. e., haud dubie e P., habet quoque duo illa Ms. „eos consecrare impp. qui superstitibus *filiis* vel *successoribus* moriebantur" nec reprehensus deinde in N. a Dempst. p. 214. Tum ap. Dion. locis laudatis de consecratione Augusti, Pertinacis, et Severi nihil est in hanc partem, nec ap. Nieup. Ant. p. 213. e. nec ap. Fabr. in Bibliogr. Ant. p. 366. e. sqq., nescio, an. ap. laudatos ibi; nec Kirchmanni reprehensio ap. Boecl. pertinet ad lectionis diversitatem. Rem sic diiudicarim, vetus ut lectio sit ab ipso Herodiano, tum quia convenit cum illa alterius loci, praeterquam quod variatur ordine orationis ad commutandum, tum quia nova lectio Mss. non modo vim in transponendo et adiiciendo ν. ἐφ. prodit, sed etiam comparationem illius loci ipsius, quam sic factam mihi fingo, quod librarius posuerit in marg. compendium hoc, ἐπὶ παισὶ ν. διαδόχοις, innuens lectionem superioris loci, ἐ. π. νεαν[illegible] διαδ.; sed alius, compendium illud et litteram ν non intelligens, contraxerit in ἐπὶ παισὶν διαδ., seriei adsuetus illi omnium uni in Codd., sed tertius aliquis, aut ν ἐφ. non tolerans, sequente consona, interposuerit pro libidine particulam ἢ, aut compendium litteram que ν pro ἢ legerit, et tunc demum addiderit ν ἐφ., ne παισὶ staret, sequente vocali. Quod vero P. refert Mss. lectionem, ut alibi: nihil id arguit, quam habuisse istum ita corruptum Cod., unde verteret. Certe, quia in priori loco nihil novarunt Mss., eam que lectionem tunc librarii tolerarunt, et

τὴν [h] ἀποθέωσιν καλοῦσι. μεμιγμένον δέ τι πένθος ἑορτῇ καὶ θρησκείᾳ κατὰ πᾶσαν [i] τὴν πόλιν δείκνυται. τὸ μὲν γὰρ σῶμα τοῦ τελευτήσαντος

di caerimoniam conſecratio-
2. nem vocant. Miſtus autem quidam luctus feſtae celebritati ac religioni tota urbe repraeſentatur. Nam corpus

h) τιμὴν Mss. tres v. N. ſed comma poſt τελ. ſuſtulimus cum Bs. 2.
i) Deeſt πᾶσαν in Par. et Ox. mendoſe.

omnes editores commentatores que ibi probarunt: tutius fuerit, eam et hic ſervare, in primis; quia conſtat aliunde, Mss. noſtros eſſe depravatos. Unde correctio Oxon. concidit, contra ipſum P. ſuſcepta; ſervante lectionem vulg., praeter Bg. et Gs. Chr. Nr. 15., quoque tum Vig. p. 604. i. (quem innuerat iterum Leisn. in m. Ox. „Vig. 500." cf. 3, 15, 7.) ubi reddit „mos *enim* Romanis *eſt* eos *imperatores* in *deos* referre, *qui* relictis *ſucceſſoribus* liberis *mortui ſint*" tum Krb. Decr. R. p. I. p. 28. m. „*filiis* ſucceſſoribus *et heredibus* relictis *mortuos*" ſcribente Noſtro cum aliis in v. τελ. cum pr. ἡ. et ſubſt. π., ſed de ſuo in addito δεικ., cf. laud. ad 3, 15. 7.

τελετὴν) Ven. τιμὴν quod et Pol. invenit, interpretatus *qui eo ſunt* honore *affecti*. Librarium quendam offendit vox τελετὴ, quae alias de initiatione ac myſteriis adhiberi ſolet; etiam translate de ſanctiori aliqua re, ut ap. Dion. Hal. de Comp. Verb. p. 195. Sed interdum quoque de aliis ſacris ac caeremoniis uſurpatur, ut ap. Iuſtin. Mart. lib. de Monarchia Dei, haud procul ab init. *οἱ μὲν γὰρ τοκατἀρχὴν εἰς τιμὴν τῶν ὑπερεχόντων, τελετὰς καὶ λειτουργίας τελοῦντας.* Ac in loco Platonis de Rep. l. 2. de ſacrificiis et ludis, denique ap. Auguſtin. de civit. Dei l. 10. c. 9. de conſecrationibus dicitur: *conſecrationes theurgicas quas τελετὰς vocant.* Praeclare de hac voce egit Bud. in Comm. p. 772. (868, 36.) *Stroth.*

Mss. res eſt e gloſſa, quia abhorret a litteris vulg., ſive per comparationem cum 3, 15, 10. et 4, 3, 1., ſive ad ſenſum, ſpecie inducta iterum, cf. 2, 8, 17, i. 2, 13, 19. 3, 6, 22. i., quoniam τελετὴ et τελεταὶ erant e genere rei divinae, quae in honorem deorum fieret, qualia et ſacrificia, Latinis ſimpliciter dicta, ut conſtat, *honor* et *honores*; unde τελεταὶ ſaepe copulantur cum reliquis rei ſacrae partibus, v. c. ap. Plat. Symp. Fi. p. 166. i. τὰς θυσίας, καὶ τὰς τελετὰς λ., cf. Ind. Ael. V. h. Luc. Dem. Dion. H. S. T. utr. cum Bg. ut et Sb. Ind. et Gs. Chr., Poll. Suid. Heſ. Tim. L. p. 179. Mor. ad Is. Pan. p. 115. e., nihil iterum decernente P. contra vulg. e cauſa dicta in N. pr., qui et in ſq. liberior, cf. G. Th. in Bg. *conſecr.* et *apoth.* cum Ind. Sb. Gs. Chr. et Cl. Cic. et in originem conſecrationis imperatorum Caſ. ad Suet. Caeſ. cap. 88.

θρησκείᾳ) Omiſerat P. hoc ſubſt., liberior etiam in rel., unde errat Stp. Th., putans, reddidiſſe P. alicubi, ut hic Bg. pr. ἑορτ., qui in v. δεικν. per commodum valde Lat., ut de ſimulatione, fictione atque imitatione luctus nominatim, cf. 1, 3, 7. i. μιμουμ. ap. P. it. in analogiam ad μεμιγμ. ap. Diod. S. 1, 6. i. τὰ δὲ — μέρη — μεμιγμένην ἔχειν τῷ συμφέροντι τὴν βλάβην, cum Ind. Fi. Aeſch. Ael. v. h. et Plut. Hs.

πολυτελεῖ κηδείᾳ καταθάπτουσιν, ἀνθρώπων νόμῳ. κηροῦ δὲ [k] πλασάμενοι [l] εἰκόνα [m], πάντα ὁμοίαν τῷ τετε-

quidem defunꝺi ſumtuoſo funere ſepeliunt, hominum
3. ritu. porro autem de cera fictam imaginem omnia

k) Hoc δὲ omittit Par. cum Ox. 1. vitioſe. l) πλασσάμενοι Ms. Ba. v. N. m) Hoc comma etiam in Ms. Ba. cum A. al.

ἀνθρώπων ν.) quemadmodum alii homines mortuos ſuos ſepeliunt. *Reisk.* i. e. ſicut vulgo homines ſepeliri ſolent. *Stroth.*

Bg. e P., modo per ordinem rectiorem, cf. 2, 13, 8. 2, 14, 4., quibuscum variatur per gen. ſyn. pro adi., ſeverior in pr. σ. τοῦ τ., ſed ex eodem in κηδ., ut Stp. Th., omiſſo tamen artic. τοῦ, ſed Gs. Chr. Ind. *ſepultura*, cf. 1, 5, 1., non apte ſatis hic ob adiunctum v. καταθ., quod ib. cum Bg. verſum e P., ut ap. Stp. „pro ſimpl. θ.“ ex uno Hom., nec mihi praeterea repertum, niſi ap. Lyſ. Or. Luc. et Poſſ. Call., ut cum abl. modi hoc Noſter ſcripſerit fortaſſis modo per analog. Lat. *efferre* v. c. *funere*, it. *funeratus eſt* ſucceſſor *corpus* eius *quanto* potuit *honore*, v. G. Th., et totam formulam pro θάπτειν πολυτελῶς ap. Ael. V. h., cui ſimplici reſpondet quoque compoſ. hoc in notione, pro quovis modo removere e conſpectu hominum, etiam igne, ut ſupra in Severi corpore factum vidimus.

κηροῦ) Deſcriptioni huic ad amuſſim reſpondet Dionis illa de ſolutis Pertinaci exequiis, καὶ ἐς αὐτὴν, κλίνην ſcil., εἴδωλόν τι τοῦ Περτίνακος κήρινον, σκευῇ ἐπινικίῳ εὐθετημένον, ἀνετέθη l. 74. *Oxon.* v. N. ad 3, 9, (10.) *Stroth.*

De gen. quidem materiae ibi, (ubi Bg. aliter, aſſumta extra praep., ſed Sch. „*cerae* imagine *ficta*“ iam in Stp. ed. caſtigato vitio edd. Pol. *certam*, etiam in illa Antwp. reperto, quo de monuerat Hartung. ap. Grur. Lamp. T. 2. p. 708. Nr. 13. cum Vs. hac „*ceream* fingentes *imag.*, per *omnia* (ſimilem *mortuo*“) quem gen. cum v. πλ., ad analog. ſaltem datum, ignorat Stp. Th. aeque, ac plenum v. cum pr. ἐκ, cf. Heſ. ἔργ. v. 70. et Ind. Luc. v. πλαττ. cf. et per σσ, it. Rs. Or. V. 8. Lyc. Dem. Ael. V. h. Hs. Fa. Aes. et Plut. cum Z. Xen. Pol. it. Call. Sed in Ms. eſt error ſolennis ille in duplici, maxime, cum hic reliqui Ms. teneant vulg., ſive quod librarius primus dederat πλασσόμενοι, (quod praeſ. med. pro aor. 1. alibi afferrur, cf. 2, 14, 9. e.) forſan ut magis conveniret cum ſq. προτιθ. Tum Stp. Th. 2, 1302. E. m. v. ὁμ. poſt Vs. P.“ ſ. omni *ex* parte *ſimilem*; ubi nota acc. rei, qua ſimile aliquid alicui dr.“ habens deinde in ſyn. poet. ὁμοῖος exempla adhuc duo G. m. e Soph. Ai., v. Ind., cui add. v. 551., immemor ellipſis praep. alicuius, quanquam ib. G. e. affert ex Hom. βατρ. ſine Ind. Hom. v. 32. τὸν εἰς φύσιν οὐδὲν ὅμοιον, quae praep. par illi κατὰ, ſolenni in talibus adi. cum acc., nihil tenente Poſſ. Sy., quam p. 63. m. Lat. *ſimilis* eiusdem rectionis, ſed me adhuc exemplum unum ap. Luc. Ind. ex 2, 749. l. 99. ὅμοιος γίγνου τὸ χρῶμα τῷ χρυσῷ, *ſimilis* quantum *ad* colorem *auro* tuo *evade*, ad quorum analog. Noſter cum adi. πάντα, cf. 1, 3, 7. μιμ. et in ὁμ. cum dat. perſ. aut rei L. N. T. Herdt. Rs. Or. V. 6. 7. Ant. 8. Lyc. Dem. Fi. Ae. Xen. Cyr. Bach. et Pol. Z. Fa. Aes. Diod. S. Luc. et Call. it. poët. ὁμοῖος Theogn.

τῷ τετελευτηκότι) Mss. aor. pro perf. (cf. 1, 1, 3. e.) eſt mera gloſſa per comparationem cum §. pr. e., cum et abhorreat a litteris vulg., et Ms. Ve. teneat vulg. In ſqq. deſerit P. ordinem, liberior idem in addita

λευτηκότι [n], ἐπὶ μεγίϛης ἐλεφαντίνης κλίνης, εἰς ὕψος ἀρθείσης, προτιθέασιν ἐν τῇ τῶν βασιλείων εἰσόδῳ [o], χρυσοῦφεῖς ϛρωμνὰς ὑποϛρωννύντες. ἡ δ' εἰκὼν ἐκείνη ἐν σχήματι νοσοῦν-

similem defuncto, in maximo eburneo lecto alte elevato proponunt in regiae vestibulo, aureis toralibus sub- 4. stratis. Imago autem illa in forma aegroti composita

n) Mss. Ba. et Vi. τελευτήσαντι λ. v. N. o) Colon in Ms. Ba.

copula καὶ in tertio adi. cum subst. κλ., quod Noster ex arte interiecerat, ubi Bg. mutat formulam εἰς ὕψ. ἀρθ. in verbum cum adv., aliter adeo, quam in superioribus, nec cum exemplo ap. G. Th., nec per Lat. in v. *elev.* optimam, P. deserente quoque Sch. „sublati *in* altum *lecti*" sed sub Lat. Bg. e P. monente Stp. Th. „fem. ἐλεφαντίνη κλίνη ap. Herodi. quum tamen alioqui ἐλεφάντινος fem. etiam genere dicatur" ut ap. Sb. Ind. et Luc., sed solenne fem. etiam ap. Ael. V. h., ut in usu rectum que fuerit genus hoc utr., cf. 4, 1, 9. ad δημοσ. et in materiam ipsam talem in lectis aliis que Kypk. 2, 461. ubi p. extr. huc respicit sine Vs. De sq. προτ., proponere in publico aliquo loco, ad ostendendum et spectandum hic de mortuo, cf. ad Ael. V. h. 1, 16. p. 24. N. 5. Suid. 3, 211. e. Plat Phaedo Fi. c. 64. e., quo de in Bg. Lat. e P. nihil ap. G. Th., sed in v. *collocare* 1013, 20. „corpus, i. in vestibulo exponere funus" cf. Ind. Flor. it. Ant. Rom. Nieup. p. 413. it. Rosin. p. 440. m. ut de simili imagine ap. Polb. 2, 74. e., ignorante Stp. Th. Lat. Bg. e P. ad sq. εἰσοδ., sed huc spectante in ϛρ. it. in χρυσ. sine Vs. nec cum Bg., qui aliter, quam 1, 14, 16. m., e P., (sed sine exemplo ap. Gs. Th. in hanc notionem pro intextus auro,) quem deserit deinde etiam Sch. in „ὑπ. *substernentes* stragula" dum P. per errorem, non correctum a Stp. in marg. Vs., reddebat ἐπιϛρ., cum Bg. vertente etiam Gr. Chr. Ind., qui in Th. de Lat. Bg. ad ϛρ. liberiore „*toral*, involucrum s. stragula vestis tori, i. congestae plumae, herbae, arundinis operimentum" ubi et *toros* aureis *toralibus texit* e Lamprid. in Heliog. c. 19. p. 828., ubi videas epitheton ipsum *aureis*, quod Cas. ibi N. 5. videtur explicare per „auro clavata" quod redeat ad illud superius nostrum intextus s. distinctus auro.

ἡ δ' εἰκὼν) P. liberum in δὲ deserit Bg., etiam in sqq., ubi ad v. προκ. Leisn. in m. Ox. „O. M. 3. p. 97." quem locum ex Obs. Misc. signaram olim e Vol. 3. p. 84., quod v. correlatum est, ut dicunt, illi §. pr. προτιθ., dum vivi homines ponunt corpus mortui in publicum, sed hoc deinde ita positum est in publico s. iacet, quo tendit phrasis Bg. (deserto P.) sed et fortassis ad ornatum e stragulis subiectis et lecto eburneo, cf. G. Th. 1088, 7. „verba *composita*, i. culta et ornata, (et 1086, 4.) videtur etiam ad lectum funebrem et apparatum referri" cf. in Gr. laud. antea ad προτ. it. Exc. ad 1, 13, 4. i. οἰχ. cum Schol. Arist. Eccles. v. 533. Eur. Phoen. v. 1690., quod v. 1468. θανοῦσα κεῖται, Soph. Ai. v. 1078. θανόντες ἂν προὐκείμεθ' λ., ad Luc. 1, 132. ὁ μὲν νεκρὸς ἐν σκοτεινῷ που τῆς οἰκίας πρόκειται; *mortuus iacet*, N. 64. it. p. 877. b. ad p. 132. l. 64., tacente Stp. Th., non item L. Ern. Nr. 5. „dr. et de mortuis, cum in feretro iacent compositi" cum Ind. Ael. V. h. Rs. Or. V. 6. et 7. Ant., reddente Bg. e P. in οἰχρ., sed severius 2, 1, 15.

τος πρόκειται ὠχριῶσα. τῆς δὲ κλίνης ἑκατέρωθεν καθέζονται [p] ἐπὶ πλεῖστον [q] τῆς ἡμέρας, ἐν μὲν τῷ λαιῷ μέρει πᾶσα ἡ σύγκλητος, μελαίναις ἐφεστρίσι

5. iacet pallida. Circa lectum autem utrinque sedent magnam partem diei, a laeva quidem totus senatus, atris vestibus amicti: a dex-

p) καθίζονται Ms. Ba. v. N. q) ἐπιπλεῖστον A. al., sed tacite Mss. hic cum Stp. rel., cf. 3, 9, 15.

τῆς δὲ κλ.) Ad adv. ἑκ. cum gen. loci (quam rectionem v. ap. Thuc., dum Stp. Th. tenet modo in syn. poëtico ex Hom. cum gen. pers.) Bg. e P. servat praep. necessario, cum Lat. non teneant ap. G. Th. Sed Ms. verbum alius formae (cf. 3, 13, 9. i.) fuerit vel lapsus, vel glossa, utroque variante quoque ap. Thuc. 498, 32., sed et eiusdem sensus, cf. Stp. Th. cum lib. de V. med. et L. N. T., et in ἐπ. πλ. cum gen. temporis eodem ap. Ael. V. h. 3, 1. p. 196. e. in *maximam* diei *partem*, sed Ind. sine praep., (Bg. e P. libere, pro *plurimam* d. part. s. *plurimum diei*, cf. G. Th. 359, 23. et supra 1, 11, 15. m. 1, 12. 6. i.) ut sine Ind. ap. Xen. Cyr. 1, 2, 6. m. τὸ πλ. τῆς ἡμ., per ellipsin praep. cf. supra 2, 2, 3. Sic Bg. e P. quoque in sq. ἐν λ., omisso subst., ut Stp. Th. hinc „a *sinistra*“ quod et ipsum est potius Gr. aliud ap. Luc. 1, 232. l. 48. τῇ λαιᾷ μὲν ἔχων τὰ ἀκόντια, sinistra *tenens* rel., sc. μερίδι aut χειρὶ, quod ib. mox sq., cf. L. Bos. Ell. p. 193. e. 362. e., sed modo ad ἐπ' ἀριστερᾷ, tum hinc per pravos numeros et sine Vs. p. 207. i. ad ellipsin plur. μερῶν, cum Nostri sing. pertineat potius ad p. 201. m., me praeterea reperiente tantum ad Hesy. laudatum Aesch. Prom. v. 713. λαιᾶς χειρὸς οἰκοῦσι λ. ad *sinistram* manum *habitant*, ubi Schol. 1. ἐν τοῖς ἀριστεροῖς, sed Schol. 2. ἐπὶ τῆς ἀριστερᾶς, qui bene ostendit ellipsin praep., ut prior in praep. convenit cum Nostro, ad analog. scribente, ubi dedissem saltem *a* laevo - *latere*, cf. G. Th., etsi est potius alia Gr. praep. in N. T. ἐξ ἀριστερῶν, sc. μερῶν, cf. Lexx. et Luc. 3, 482. i. ἐν ἀριστερᾷ τοῦ νεὼ — ἐν δεξιᾷ, ad *sinistram* aedis - *dextra*, cf. infra ad 6, 5, 2. ἀφορ. e Ios.

μελαίν. ἐφεστρ.) Artemidorus Oneirocr. 1, 2, 3. χλαμὺς δὲ ἣν ἔνιοι μανδύην, οἱ δὲ ἐφεστρίδα, οἱ δὲ βύρριον καλοῦσι. Suid. ἐφεστρὶς, ἱμάτιον ῥωμαϊκὸν, λέγεται δὲ καὶ μανδύας, καὶ βίῤῥον λ. Poll. 7, 13. αἱ δὲ ἐφεστρίδες, καὶ ἀμφιεστρίδες, περιβόλαια ἂν εἶεν. Recte. Lucianus etiam diminutivo ἐφεστρίδιον utitur in Merc. cond. 37. *Stroth.*

Cf. Ind. Poll. Hes. 1, 1547. i. 1555. i. cum N., Suid. 1, 920. i. 3, 588. m. φαιν. Moer. p. 139. Grut. Lamp. T. 5. p. 492. c. 5. Cas. ad Athen. 2, 375. i. Palm. Ex. p. 580. m. 542. i., ad Luc. 1, 696. N. 70. Sb. Ind. „*paenulas* dicit Lamprid.“ cf. T. 1. p. 26. b. m. 518. a. (ubi plebis sunt lacernae *nigrae*, quae hic senatorum in luctu) cf. ib. 774. a. N. 2. et 599. N. 4. sed T. 2. p. 332. a. i. 384. a. m., reddente Gs. Chr. Ind. „pallium, vestis exterior“ Stp. Th. 1, 1380. F. „ponitur et generalius pro quovis vestimento; unde Herodi. l. 4. senatoribus etiam tribuit —“ cum P. Vs., quam servatam a Bg. deserit Sch. „amiculis *atris*“ (ut Gs. ad Luc.) sed delebat Leisn. in Ox., pro ea adscriptis „lacernis *pullis*. Ferrar. de re vestiar. part. 2. c. 1. c. 2. p. 6.“ quem notaram e Graev. Th. T. 6. p. 788. E. sq. „ἐφ. lacerna, μανδύα, (unde forsan nostratium *Man-*

χρώμενοι [r], ἐν δὲ τῷ δεξιῷ γυναῖκες πᾶσαι [s], ὅσαις ἀνδρῶν ἢ	tra vero matronae, quascunque virorum aut parentum

r) Hoc comma in Bs. 2. al. pro Stp. rel. colo aut puncto al. s) Colon in Ms. Ba.

sel) χλαμύς — Herodi. l. 7. de militibus — Politianus — subarmalibus *et* sagis *induti.* Subarmalia non habent hic locum. Vertendum erat: *sine* armis, *vulgari vestitu,* solas *que* chlamydes *induti.* Alibi (§. 6. hic) Herodianus λιτὰς ἐσθῆτας appellat, *vestes communes* s. *vulgares*, loquens de matronis in apotheosi Severi, quas ait sine auro atque ullo muliebri mundo fuisse, ἀλλὰ λιτ. — ἀμφ. vulgari *veste* alba *indutas*; non *exili*, ut idem Pol. Nam cum senatores in *pullis lacernis* essent: matronae albas vestes gestabant, pallam scil. et stolam, sed vulgarem ac communem, non purpura et auro de more pretiosam. (p. 789.) Perperam etiam pro quovis vestimenti genere ἐφεστρίδα sumi crediderunt ex eodem Herodi., qui eas senatoribus tribuit in funere Severi, ἐν μὲν — χρωμ. Ibi enim senatores, depositis luctus causa togis, in *pullis lacernis* s. *penulis.* Nam haec vox de utroque vestimento usurpatur, quod non multum dissimile esset. — Non igitur pro quovis vestimenti genere accipitur. Itaque non *atris vestibus*, sed *pullis lacernis* aut *penulis* vertendum erat" cf. G. Th. „*pullus*, φαιός, fuscus, quales oves non albae nascuntur, — vestis *pulla*, i. fusca, atra, qua quis in luctu induitur" qui in *lacerna* cum χλαμύς, et in *penula* cum φαινόλη et μανδύη, nihil tenet in nostram rem de senatoribus in luctu, sed ap. Graev. l. l. p. 828. B. idem Ferrar." senatores in funere Caesarum paenula *usi*, (quod Lat. non bene dimisit Bg., e P. substituens aliud ad χρωμ., ad sensum, etsi G. Th. nec ipse profert, scribente Nostro ad analog., cf. Ind. Luc. ἐσθῆτι χρ. it. μέλαν ἱμάτιον Rs. Or. V. 6. 7. Is. cum ib. D.) Vestis equestris — fuit tunica equitum angusticlavia; quam, deposito lato clavo, senatores in luctu sumebant. Nam duo luctus insignia patres usurpabant, tunicam equestrem et lacernas pullas. De lacernis pullis in funere Herodianus de funere Severi, πᾶσα — χρωμ. *senatus* omnis *in* pullis *lacernis*" cf. Salm. ad Tertull. de Pall. p. 79. sqq.

γυναῖκες) E P., contextui et sqq. apte, ap. G. Th. etiam cum Gr. n., nec tamen cum aliqua explic., sed cum epithetis disertis *honestae*, — optimates, — *primores* civitatis, — *summates*, ut in se nihil habeat, quam notionem *matris*, et coniugis aetate provectioris, sit que modo nobilius vocabulum et grandioris soni, quam *femina* etc., cf. 1, 11, 11., hic ut per periphrasin innuantur uxores senatorum et magistratuum, diserte nominatae etiam, ut praesentes, in funere Augusti ac Pertinacis. Tum cf. 1, 13, 11. m. in πᾶς cum ἐπ., hic negligentius versum ab utr. Intp. Lat., ut tota formula sq., pro *omnes*, quibus — *honorem*, auctoritatem, *illustrem*, insignem, *attribuit* s. conciliat, s. addit, s. communicat, impertit, tribuit, participat, quae Latt., pleraque ap. G. Th. de *honore* reperienda, Noster respexerit, etiam aliquod epitheton Lat. in suo adi. ἐνδ., cui et apta Lat. *clarus* et *splendidus*, it. *praeclarus*, valentis pro eximius, praecipuus, singularis, quae sunt ap. G. Th. cum v. *honor* et syn. *decus*, in quo ipso ib. est Gr. n. τιμή, et syn. epitheton, e Sen. *late* fulgens *aetheris* magni *decus*, it. *lucidum* coeli *decus*, it. *in-*

πατέρων ἀξίωμα τιμῆς ἐνδόξου [t] μεταδίδωσιν. οὔτε δὲ χρυσοφοροῦσά τις αὐτῶν ὁρᾶται, οὔτε [u] περιδεραίοις [x] κοσμουμένη [y], ἀλλὰ λιτὰς ἐσθῆτας λευκὰς ἀμφιεννύμεναι, σχῆ-

6. dignitas honestat. sed neque aurum gestans ulla earum, neque monilibus ornata conspicitur: verum puris albis vestibus indutae, spe-

t) al. ἔνδοξον, alii rectius ἐνδόξου. *Leisy.* in m. Ms. Bg., quod ἔνδοξον fuit in Par. et Ox., v. N. u) οὔτε δὲ περ. Ms. Vi. v. N. x) περιδεξιαίοις A. al. v. N. y) Colon in Ms. Ba.

figne. Caeterum ad v. *μεταδ.* cum gen. rei de ellipsi subst. *μέρος* iterum hinc monet sine Vs. L. Bos. p. 198. e., cf. 3, 6, 4., verum Leisn. etiam ad m. Ox. „ἐνδόξου“ in quo innuit veram lectionem pro operarum vitio in Var. L.

οὔτε δὲ) Liberum P. deserit Bg. etiam in δὲ iterum, cf. 3, 7, 19. m. (ut v. ὁρ. pass. cum nominativo particip. ap. Dem. 257, 11. 306, 26. 609, 19.) necessario faciens cum eo in χρ., ubi Ga. Chr. „aurum in veste habeo“ bene sic circumscribens, ob sq. περ., cum Stp. Th. universe aliunde dedisset, post syn. Bg. „i. e. aurata vestimenta s. aurea monilia gero“ quibus oportuit addi et *armillas*, ob subiectum ib. locum, it. *periscelides*, etiam acus vittas que crinales, et inaures, anulos, fibulas, cf. ap. Luc. 2, 721. l. 59. sqq., quorum omnium ornamentorum unum modo placuit hic subiicere Nostro περ., ubi Stp. Th. modo ex 5, 5, 5. monuit de scriptura per ἐξ, cf. ad Moer. p. 326. N. 1. Suid. 3, 83. e. Hes. 2, 922. περιτραχήλια, ἢ ἐνώτια, Ind. Luc., statuente me in hoc adi. ellipsin subst. κοσμήματα, tacente L. Bos. p. 170. i. sed variante Nostro per praes. κοσμ. cum perf. κεκοσμ. in superioribus, et post οὔτε δὲ subiiciente meram neg. οὔτε iterum, ut 2, 11, 12., ut que syn. μήτε δὲ - μήτε 2, 6, 2. ubi Bg. melius, quam P., (etsi licuit severo ordine *neque* vero — *neque*, aut *neque* autem — *neque*, cf. G. Th. 428, 69. it. *nec* vero — *nec* 411, 57.) et per se procedit Ms. Vi. repetitum δὲ, ut fuit solitarium post οὔτε δὲ binis in membris 2, 11, 11., et copulatur μὴν syn. cum neg. supra, μήτε — μήτε μὴν 2, 6, 19. e. οὔτε γὰρ — οὔτε μὴν 2, 7, 3. it. ap. Xen. Cyr. οὔτε — οὐδὲ μὴν 4, 5, 27. οὔτε — οὔτε μὴν — οὔτε μὴν 5, 4, 11. οὐκ — οὐδὲ μὴν — οὐδὲ μὴν — ἀλλ' οὔ γε μὴν 3, 3, 50. οὔτε γὰρ — οὐδὲ μὴν — οὐδὲ 2, 2, 15. cf. Hoog. Op. 990, 31. p. sq. Nr. 32. et Lat. *neque* — *neque vero*, it. *nec* — nec *vero* ap. Hor. Turs. p. 558. i. potuit que per se δὲ hic elapsum esse a vicinitate, sed et natum a librario, sive e recenti memoria prioris οὔτε δὲ, sive e glossa per comparationem aliorum, dum et P. prodit vulg. oblique.

λιτὰς) videntur esse vestes sordidatae, fullonis cura non candorem adeptae, caet. *Leisn.* in m. Ms. Bg., qui deserit P. in λιτ., quod, ut Lat. *tenuis*, de vestimentis ac textis, dr. dupliciter, vel in bonam partem, pro subtilis, oppos. crasso, textus subtiliter et subtili filo, habens subtile filum, vel in partem deteriorem, pro vilis, vilis pretii, non multa cura et arte laboratus, non variegatus et pictus, sed simplex, unius lini ac coloris; unde semper e contextu diiudicabitur notio, quanquam interdum dubia est, ut hic, ubi matronis illis primoribus convenit aeque prima, de peplis et vestimentis subtilis fili texturae que, quoad genus et locum

μα παρέχουσι λυπουμένων. ciem praebent moerentium.

ipſarum, ac ſecunda, quoad tempus et luctum, in quo tamen et hodie feminae ſolent elegantiores eſſe et veſtibus uti ſubtilioribus; reddente Gs. Chr. Ind. hinc „tenuis, vilis“ quod poſtr. habet quoque Sch., praeter P. illud, reprehenſum a Ferrar. ſupra ad §. pr. *ἐφεσς.*, qui inclinabat ad notionem ſecundam, ut Bg. forſan etiam, cf. G. Th. „pura *toga*, i. non praetexta, — *veſtimenta*, i. e. non obſita, non fulgurita, non funeſta, non maculam habentia“ tenente Stp. Th. modo *τὸ λιτὸν τῆς ἐσθῆτος* e Plut. ſine Vs. (ſed ſine auctore *τὸ λιτοδίαιτον*, quod eſt ap. Dion. H. S. T. 1., ut *λιτῶς* ap. Ael. V. h. Long. Mor. Hs. Fa. Aes. et in N. ad Heſy.) ſed me praeterea de veſtitu et partibus eius, ut de galea ap. Polb. Ind. et Rsk. qui „purum, inornatum“, de peplo ap. Hom. 'Ιλ. γ', 385. ζ', 352. 'Οδ. ά, 130. cum N. it. Orph. Arg. v. 875. cum N. et Ind. (ubi et de terra,) it. ap. Luc. de textura, ubi quoque de aqua et coena, ut ap. Phoc., ſed de victu ap Xen. Bach., de aedibus ap. Ioſ. 2, 334. ſ. 5. e., de ſale ap. Call., ubi et h. L. P. v. 25. *λιτὰ χρίματα.* purum *oleum*, ſed Ind. Gem. Pl. „λ. ferax, pinguis, *λιτὰ μέταλλα*, ergiebige *Bergwerke*“ immo contrarium *tenuis*, *parcus*, ut apparet ex adiuncto ſyn. et ſq. oppoſito, p. 32. m. *τὰ ἐκεῖ χρύσεα μέταλλα, παντάπασι λιτὰ ὄντα καὶ φαῦλα, ἐς τοσοῦτον ηὔξησε ταῖς κατασκευαῖς, ὥστε φέρειν αὐτῷ πλείω, ἢ χιλίων ταλάντων πρόσοδον*, ſed de perſ. cum oppoſ. ap. Call. h. Ap. v. 10. ſq. *ὅς μιν ἴδῃ, μέγας οὗτος, ὃς οὐκ ἴδε, λιτὸς ἐκεῖνος*, *parvus*, at Loesn. Ind. *pauper*, quomodo et (prorſus ut Lat. *tenuis*) vertitur ad Herodian. Gramm. poſt Moer. p. 452. in N. 2. cum Ind., tum ap. Xiph. S. 431, 30. de Caracallo *ἐν μέντοι ταῖς ἀνάγκαις καὶ κατεπειγούσαις στρατείαις λιτὸς ἦν καὶ ἀπέριττος*, *neceſſitatibus* vero *et* urgentibus *bellis* (expeditionibus) *minime* magnus *et* excellens *erat*, immo *tenuis* et *parcus*, i. utebatur vili victu et ſupellectili non magnifica copioſa que, (cuius Sb. Ind. praebet quoque ad locupletandum Stp. Th. locum e Zoſ. 3, 5, 5. *διὰ τὴν τοῦ βίου λιτότητα*, propter *frugalitatem* in *victu*,) denique de ſcriptore et ſcribendi genere, ſenſu rhetorico, ut Lat. *tenuis*, ap. Dion. H. S. T. 2. 69, 28. *ὁ δὲ Εὐριπίδης οὔτε ὑψηλός ἐστιν, οὔτε μὴν λιτὸς λ.* it. cum ſyn. 146, 41. *λέξιν — τὴν λιτὴν καὶ ἀκόσμητον, καὶ μηδὲν ἔχουσαν περιττὸν* et 184, 28. *τῶν δὲ τὴν λιτὴν καὶ ἰσχνὴν καὶ ἀπέριττον ἐπιτηδευόντων φράσιν λ.* cf. Salm. ad Spart. Adrian. 1. 134. a. m. Fi. de vit. L. N. T. Pr. 3. p. 14. Foeſ. Suid. 2, 452. i. m. et Heſ. 2, 483. ſq. pluries. Iam Leisn. in Ox. m. ad *ἐσθ. λευκ.* „v. Kirchm. de fun. p. 245. Tacit. A. 2, 75. cum Lipſ. Exc. p. 923.“ quorum in poſtr. *quae* luctum *amiſſae* ſororis *tum* primum *laeto* cultu *mutavit*, modo oblique huc ſpectatur, ubi veſtes *albae* ſunt luctus indices, cf. Caſ. Ex. Bar. 16. p. 434. b., tacente G. Th., ubi tamen v. in diſcrimen *albi* et *candidi* coloris, ut minoris et maioris, quo Leisn. reſpexit ſupra, ut *albae* veſtes ſint naturalis talis coloris, ſed *candidae* ab arte et fullone; quanquam interdum *alba* quoque *veſtis* eſt, quae cretam accepit, cf. Cl. Cic. et Ind. Liv. v. *candidatus*; et hodie quoque feminae in luctu candorem ſummum adhibent tamen. Denique Stp. Th. 1, 1327. F. laudato noſtro pergit „item *σχ. παρέχειν λυπουμένου*, ſpeciem *praebere* hominis *moeſti*“ memoriter et forſan a Bud. Lex. deceptus, ſed in v. *λυπ.* paſſ. tenens aliunde Bg. Lat. e P., ap. G. Th. quoque cum Gr. n., quod aeque ſenſu med. capietur, cf. lib. de V. med. Fi. p. 329. i. Dem. Ind., cui add. 142, 20. 239, 12.

ἑπτὰ μὲν [z] οὖν ἡμερῶν τὰ εἰρημένα ἐπιτελεῖται [a]· ἰατροί τε, εἰσιόντες ἑκάστοτε, προσίασι τῇ κλίνῃ [b], καὶ δῆθεν ἐπισκεψά-

7. Septem quidem diebus, quae dixi, aguntur: ac medici ingredientes subinde accedunt ad lectum: et quasi visitavis-

z) μὲν omissum in Ox. mendose. a) Hic comma in Bs. 2. sed punctum in rel. b) Colon in Ms. Ba. ut punctum in A.

i

ἑπτὰ μ.) Cur *septem* ipsos dies adhibuerint, ignoro, nisi ex arte medica forte, ubi in septimo et nono morbi dirimuntur fere; unde mox medici rei interesse narrantur; sed et forsitan luctus longioris causa, et quia alias mortuorum cadavera a Romanis per tot dies servata intra domos, et octavo demum elata, cf. Ant. Rom. Nieup. p. 414. f. cum Rosin. p. 440. m. e. 444. m., et Casal. p. 144. e., Bg. deserente P. in gen. ἡμ. temporis, (quo variat Noster cum syn. abl. 4, 1, 1. ἔτεσιν) etiam in rel., negligenter ab illo versis, (cf. in μ. ὁ. 4, 1, 7.) non item a Sch. „ἐπ. peraguntur" ut Gs. Chr. Ind. *perfici*, quae composita modo novit Stp. Th., cf. in liberum Bg. ad τὰ εἰρ. 3, 9, 12., qui et mox ad ἑκας. variat cum illo ad 3, 10, 16. cf. G. Th. „*sub.* — frequenter, identidem" et per Lat. idem ap. Rs. O. V. 7. ff. sed sine Ind. Dem. 95, 16. 98, 18. Aesch. Fi. et ep. S. Luc. Plut. Hs. Xen. 'Ανβ. Thom. M. Suid. Hesy. L. N. T. ut pro *ubique* Ael. V. h., sed de aliis adv. etiam ἑκασταχῇ Xen. Cyr., ἑκασταχοῦ ib. Pol. Z., ἑκασταχόσε Sb. Ind. et Thuc. ubi et ἑκασταχόθεν, respiciente Nostro in v. εἰσιοντ. ad §. 3. ἐν τῇ τῶν βασιλείων εἰσόδῳ, unde supplebitur pron. αὐτὰ, τὰ βασ., oppresso hoc membro a P.

καὶ δῆθεν) *et* postquam *inspexerunt* scilicet *aegrotum* rel. Nam particula δῆθεν ironiam hic declarat, ut *scilicet* ap. Latinos. Talis est particulae δὴ usus 3, 15, 17. ideo que et ibi *scilicet* sum interpretatus. *Steph.* inspicientes *velut* aegrum. Quum ficte aliquid agitur, ei rei indicandae inseruit δῆθεν. v. Abr. ad Arist. p. 77. et D'Orv. Van. Cr. p. 422. *Leisn.*

Cuius Lat. e P., syn. illi Bg., tandem redit ad Stp. severius, cf. 2, 15, 6. 1, 14, 17., etiam Sch. ex Ind. Sb. praeponente numeris huius loci „ironice, (at deserente etiam P. in) ἐπ. quum *invisissent*" dum addit nostro loco sine Vs. Ind. Sb. „sic 235, 46." Xiph. καὶ αὐτὴν ὁ Τιβέριος οὔτε νοσοῦσαν ἐπεσκέψατο, οὔτ' ἀποθανοῦσαν αὐτὸς προέθετο, visitavit *aegrotantem*, ex quo loco apparet, dici hoc v. de aliis etiam, non modo de medicis, ut hic, cf. Stp. Th. v. i. hinc „invisentes *aegrum*" L. N. T., cum N. Schw., it. Kypk. 1, 129. m., qui male „ἐπ. est *aegrotum* visitare" non vero per se, quia hic et alibi diserte additur τὸν νοσ., ut ap. Luc. 3, 24. ubi tamen etiam in N. 24. „proprie *invisere* aegros" it. ap. Zos. 5, 32, 3. cf. Ind. Dem. Xen. Cyr. (ubi eodem sensu et ἐπισκοπεῖν, ut med. ap. Ael. V. h. etiam,) ponente Stp. Th. post illa 3, 925. G. rursus locum hunc cum P. Vs. sub „inspicio, contemplor" quae notio primo debuit loco poni, habens idem in χαλ. 4, 374. E. m. cum P. et „gravius aegrotare" ubi deinde G. ex Thuc. alio sensu, τὰ ἑαυτῶν — καθ' ἡμέραν τοῖς πᾶσι χαλεπώτερον ἔχοντα, ad quam analog. Noster hic de pers. formulam adhibuerit, tenente tamen Ind. Luc. „χαλεπῶς ἔχειν. aegrotare" sed alio sensu χαλεπῶς ἔχειν πρός τ. Xen. 'Ανβ. cum Thuc. et Diod. S. 1, 427. l. 99., nihil autem G. Th., nisi in v. *hab.* 861, 15. sq. *videbatur* se *non* graviter *habere*, quod vicinius erat; P. deserente Bg. recte ad ἀπαγγ.,

μενοι τὸν νοσοῦντα, χαλεπώτερον ἔχειν ἀπαγγέλλουσιν ἑκάστοτε. ἐπὰν δὲ δόξῃ τετελευτηκέναι, τὴν μὲν κλίνην ἀράμενοι [c]

sent aegrotum, deterius se habere renunciant identidem. 8. Vbi autem videtur iam esse mortuus, lectum portan-

c) Comma hic in Ms. Ba. cum ed. A. al., quae et cum ista habent ἀραμ. cum iota, cf. 3, 9, 1. m.

sed in sq. §. servante ex illo adv. cf. 4, 1, 4., et tantum Lat. ad v. δοξ, quod h. l. de iudicio interno et externo, i. mente agnoscitur et verbis declaratur significatur que.

ἀράμενοι) *lectum* humeris *attollunt* et *qui ex equestri ordine sunt* nobilissimi, et *ex sen. lect. iuv.* Iungit aurem Pol. *νεανίας* cum *εὐγεν.* quoque. *Steph.* Leg. *οἱ εὐγεν. Reisk.*

Cuius res in articulo adiecto incerta est, sed altera Stp. directa in P., qui iunxerat duo subst. et adi., quae Noster dedit singula singulis subst., et maxime *εὐγ.* ordini equestri, a rei veritate, veteri que instituto, (quia ap. Romanos in equitibus spectata sunt duo, generis antiquitas, s. maiores clari, et divitiae, cf. Dion. H. S. T. 1. 222, 32. sq. *τὸ δὲ τῶν ἱππέων πλῆθος ἐπέλεξεν ἐκ τῶν ἐχόντων τὸ μέγιστον τίμημα, καὶ κατὰ γένος ἐπιφανῶν,*) respiciens tamen forsan et Lat. Bg., quod generositatem illam maxime complectitur, cf. G. Th. 451. l. 40. 44. cum Manut. ad Cic. l. l., aeque ac nomen aliud, equitibus Rom. peculiare ap. scriptores Lat., *splendidus* et *splendor*, cf. G. Th. et Cl. Cic., quanquam melius et hic erat Lat. *generosus*, cf. ad Rom. p. 75. N.; aliter, quam supra 1, 13, 5., sumto hic *τοῦ ἱπ. τ.*, pro que ordine civium Rom., ut Gs. Chr. Ind. et e P. etiam Bg. cum Stp. Th., quae notio est propria reip. Rom., traducto nomine *ταγμ.* universi generis ad speciem, cf. Sb. Ind., pro quo *οἱ ἱππεῖς* it. *ἡ ἱππὰς* ib. et Ind. Dion. H. ej. T. 1. Lat. v. *equestr.* Tum Leisn. in m. Ox. ad *τ. συγκλ. ἐκ. ν.* „Bernegg. ad Iustin. 42, 2. n. 11.“ ubi ad *cum ad eum certatim* principes *iuventutis* totius *ferme* orbis *concurrerent*, postquam disputasset, *iuventutem* ibi *de virili aetate* dici, it. de *iuvenum* annis, ad extremum addidit „et Herodianus sub init. l. 4. *οἱ τῆς σ. ἐκ. ν.* senatorii *ordinis* lectissimi *iuvenes*“ cum P. servans severius, quam Bg., casum Gr. secundum, sed cum iisdem reddens *ἐκλ.* per gradum alium, pro quo Ind. Gs. Chr. „dilectus, electus“ cf. 1, 6, 9. 2, 13, 21., ut sint ad hoc officium prae caeteris quidam electi senatores, sed ii non aetate nimis provecti, verum iuvenes adhuc, atque adeo hic ultra annum 25 saltem aut 30 progressi, quos quippe annos legendorum senatorum et aditus in senatorium ordinem constituunt, v. Nieup. Ant. R. p. 18. i. 64. 99. m. Dio quidem sic narrat in funere Pertinacis, *κατεκόμισαν* (ut h. l.) *δὲ αὐτὴν* (*τὴν κλίνην*) *ἀπὸ τοῦ βήματος οἵ τε ἀρχιερεῖς*, (a Nostro non prolati,) *καὶ αἱ ἀρχαὶ, αἵ τ' ἐνεστῶσαι καὶ αἱ ἐς νέωτα ἀποδεδειγμέναι, καὶ ἱππεῦσί τισι φέρειν ἔδοσαν,* (ut ab initio senatores portarint, sed deinde equites, qui hoc tempore et secundum narrationem Nostri, nisi libere narrat et universe, portarint prius, postea vero senatores,) sed in funere Augusti, *αὕτη* (*εἰκὼν* imposita lecto) *ἐκ τοῦ παλατίου πρὸς τῶν ἐς νέωτα ἀρχόντων — ἤγετο, — μετὰ δὲ τοῦτο* (post praelectam laudationem funebrem) *τὴν κλίνην οἱ αὐτοὶ, οἵπερ καὶ πρότερον, ἀράμενοι — διεκόμισαν. παρῆν δὲ καὶ συνεξέφερεν αὐτὸν ἥ τε γερουσία καὶ*

Digitized by Google

τοῦ τε ἱππικοῦ τάγματος εὐγενέστατοι, καὶ τῆς συγκλήτου ἐπίλεκτοι νεανίαι, κατακομίζουσι διὰ τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ [d], εἴς τε τὴν ἀρχαίαν ἀγορὰν προτιθέασιν, ἔνθα οἱ Ῥωμαίων ἄρχοντες [e] ἀπόμνυνται. ἑκατέρω-

tes, qui ex equeſtri ordine ſunt nobiliſſimi et ex ſenatorio lectiſſimi iuvenes, deferunt per viam ſacram ac in vetus forum proponunt, ubi Romani magiſtratus imperium
9. eiurant. Utrinque autem

d) Colon in Ms. Ba. e) Excp. Ms. Ve. „88. 7. deeſt. — τὰς ἀρχὰς" ſed in Ms. Vi. ἄρχοντες τὰς ἀρχὰς ἀπομ. at Ms. Ba. ἄρχοντες τὰς ἀρχὰς ἀπομν. v. N.

ἢ ἱππὰς λ., ubi ipſum Noſtri comparet v. ἀραμ., ad quod Leisn. in m. Ox. „Periz. ap. Aelian. 3, 22. p. 235." nobis p. 264. N. 2., ubi hinc profert „τὴν μὲν κλίνην ἀράμενοι κατακομίζουσι" ſine Vs., qua de ſimul actum in Exc. ad 1, 13, 4. i. p. 933. m., ubi Bg. deſerit in ἀρ. P. (a Stp. ſupra ſervatum partim et a Sch. „attollentes lectum humeris") non item in κατακ. ubi et Stp. Th. ex illo notionem novam conſtituit, ſubiecto hoc loco ſine Vs., cf. Ind. Rs. Or. V. 8. Din. et Lyc. Dem., huc ſpectante etiam Donato ap. Graev. Th. T. 3. p. 673. B. ſine Vs. de ſacra via, quae mittebat in forum, cf. 2, 9, 7., quod hic augetur nomine peculiari ac ſolito ἀρχ., ap. Bg. e P., quo de nihil G. Th., ſed Lipſ. de magnit. Rom. Op. T. 3. p. 141. i. cum Roſin. Ant. p. 662. e., Dione l. l. non id nominante, ſed bis Campum Martium, quo de Noſter demum §. 11., quia fortaſſis hoc tempore in ritu hoc acceſſerunt quaedam nova, in quibus et hoc, ut lectus iterum in foro proponeretur vetere, pro quo abl. Noſter uſurpat aeque rectum acc. cum v. πρ. cf. 1, 17, 4., ad variandum cum §. 3., tacente P.

ἔνθα οἱ λ.) Heſych. ἀπομνύμενοι, ἀποβάλλοντες δι' ὅρκων. *Leisn.* (qui et in m. Ox. „ſupple ἀρχήν.") Ven. longe rectius ἄρχοντες τὰς ἀρχὰς ἀπομν. quae vox ob ſimile initium duarum vocum excidit. Praeterea, quamquam forſan dici poſſit elliptice ἄρχοντες ἀπόμνυνται, tamen nusquam quantum ſcio haec ellipſis occurrit, ſed ſemper additur τὴν ἀρχήν. *Stroth.*

Sch. „ἀπ. *eiurant* imperium, cum iureiurando deponunt" ut Gs. Chr. Ind. „*abiuro*, magiſtratum iure iurando interpoſito depono" qui ita nihil novat, nec per Notam ſub Gr. textu; nihil etiam monente Sb. in N. et Ind., nec ſuſpectum habente hunc locum Stp. Th. 2, 1296. D. m., ſed e Bud. C. 215, 7. reddente „*abdicant* ſe *magiſtratibus*" una cum Heſ. et Suid., ubi non affertur locus aliquis ſine acc. rei, nec ad L. Boſ. Ell. p. 39. m., ubi Leisn., laudato ſine Vs. noſtro loco, iterum „ſubaudi ἀρχήν. Plene Plut. ἀπομ. τὴν ἀρχ." quo iam uſi Bud. cum Stp., comparantes v. ἐξομ., quod reperi ap. Dion. H. S. T. 1. 336, 14. τὴν ὑπατείαν αὐτὸς ἐξόμνυται, *ipſe* conſulatum *eiurat*, affine illi ſupra 2, 12, 8. de Iuliano ἱκετεύοντος, ἐξομόσασθαι τὴν ἀρχήν, pro quo hic variatur ſaltem in v. ſyn., ubi Noſter iterum ſcribit de more civitatis Rom., traducto v. ἀπομν. in uſum Rom., hauddubie e Lat., qui et ipſi non habent ſimpliciter *eiurare*, ſed cum acc. aliquo, v. c. *imperium* ſ. *magiſtratum*,

ϑεν δὲ βάϑρα τινὰ σύγκειται, gradus quidam constructi

(nam severum *abiurare* plane hoc sensu non usurpatur,) cf. G. Th. Cum Leisn. in illo libro Bos. publicarit ellipsin, nec quis contra interea dixerit: tamen mihi sane etiam videtur ellipsis illa durior, in primis non reperta alibi, et cum libri Mss. hic in auxilium veniant, quorum fides quanquam est dubia, tamen in partibus debet valere, et hic quidem non solum ob Strothi rationem idoneam, quia ob pr. simile ἄρχοντες potuit omitti a librario τὰς ἀρχάς, (quod contra factum esse videtur in Ms. Ve., saltem sic capi possunt illa Excerpta, quasi in Cod. defuerit οἱ ἄρχοντες, et pro eo modo reliquum fuerit τὰς ἀρχάς, nisi is, qui Ernestio descripsit ex Theupolo Varietatem Lect., peccavit, volens scribere, quod Strothus dedit, rectius fortassis ex ipsis Theupoli Excerptis,) sed quia etiam P. habuisse videtur Mss. rel. lectionem in his „deponere imperium consueverant" ubi non modo videas perf. Ms. Ba. in v. ἀπωμ. (etsi vitium etiam admissum esse potest in confusis de more vocalibus, et libere versatus P., qui statuat hoc, olim magistratus depositos esse iureiurando hic in foro vetere, postea vero alibi; quo de nihil novi, nec an postea factum fortassis in Campo Martio,) sed quoque syn. illi Mss. formulam, quae proprie alia est Gr. ap. Dion. H. l. l. 339, 36. ἀπέϑετο τὴν ἀρχήν, est que mera explicatio, ut ap. G. Th. „eiurare *magistratum*, i. deponere, (qui et mox) *eiuratio*, pro resignatione, ap. Valer. — *ignominiosa* consulum *eiuratione*, — paulo ante dixerat *consulatum* deponere *coëgit*" quo loco Valerii, cum absolute quoque dicat *eiuratione*, sine gen. aliquo, v. c. *imperii* s. *magistratus*, si quis uti velit ad stabiliendam hic vulg. lectionem in v. affini, similiter posito sine casu illo aliquo: is Mss. rem habeat pro glossa, et sumat, habuisse P. quoque Cod. talem interpolatum, ut alibi. Mihi quidem per hanc ambiguitatem nihil licuit, quam novitatem Mss. reponere in Var. L., et addere illa, consules (quos constat imperium munus que deposuisse, praeter orationem, ad populum habitam, etiam iurando verbis conceptis, se remp. bene atque e fide gessisse, ac leges rem que publ. servasse, v. Plut. in vit. Cic. T. 1. p. 872. it. Cic. ep. ad div. 5, 2, 16. sq. cum Plin. Pan. 65, 2. extr.) hic videri esse Nostro οἱ ἄρχοντες, (non *universos magistratus*, quo de cf. Krb. Decr. R. p. I. p. 267. et Munth. p. 164. i. cum Sb. Ind.) tum ex usu loquendi aliorum scriptorum de rep. Rom., vocabulo generis iterum in speciem traducto, v. c. ap. Dion. l. l. de funere Aug. et Pertin., ubi in primis ἡμεῖς δὲ ἡ βουλή, πλὴν τῶν ἀρχόντων, λ. tum per analog. illius αἱ ἀρχαί, absolute positi, vel cum epitheto ἐπώνυμοι et ὑπατικοί, cf. ib. et supra 1, 16, 7. e., et Lat. *magistratus*, qui et ipsi sic absolute et praecipue dicti, cf. Sall. Cat. 29, 3., qui est locus classicus, ubi praec. *consules* et sq. *consuli*, et oppon. *senatui*, ut ante ap. Dion. Ca., cf. et Dion. H. l. l. p. 119. e. cum Corn. N. 23, 7, 2. et Ind. it. Cic. p. Sext. c. 65. c. magistratus *annuos*, cf. 1, 16, 7. e., manente Bg. in P., praeterquam in v. ἀπ., non item Sch. in „ἀρχ. *magistratu* Romae *fungentes*" quod aeque ambiguum, reperiente me in Adversariis adhuc, de iureiurando illo esse ap. Rollin. hist. Rom. Vernac. ed. T. II. p. 572. e., tum ap. Grut. Lamp. T. 2. p. 216. e. sq. super ἐξόμνυσϑαι τὴν ὑπατείαν etc. maxime e Dion. H., unde notaram ed. Rs. V. 2. p. 1021. l. 4. it. p. 1091. l. 6. et τὴν ἀρχὴν ἀποϑέσϑαι e V. 3. p. 1820. l. 10. sed ed. Sb. 336, 14. at τὴν ὑπ. ἀπωμόσατο 570, 39.

βάϑρα) Bg. deseruit P. non in hoc subst. (nec Gs. Ch. Ind., cf. Stp.

ἐν κλίμακος σχήματι· καὶ ἐπὶ μὲν θατέρου μέρους τῶν εὐγενεστάτων καὶ εὐπατριδῶν χορὸς ἕστηκε παίδων [f], ἐν δὲ τῷ ἀντικειμένῳ [g] γυναικῶν, τῶν ἐν ἀ-

sunt in forma scalarum: ac in altera quidem parte nobilissimorum ac patriciorum chorus stat puerorum, ex adverso autem feminarum, quae maioris dignationis exi-

f) Comma hoc in Bs. 2. L. al. pro colo Stp. rel. et puncto A. al. g) Hic nullum erat comma modo in Bs. 1. R., ut mox post γυν. tantum erat comma in Ms.· Ba.

Th., qui hinc e Bud. „*gradus* scalari similitudine" in sq. novam tenens notionem pro *subsellio*, sub quo Sb. Ind. et habuit nostrum locum, ubi certe non necessario intelligendi sunt gradus cum subselliis simul, ob sq. ἕστηκε, et quia forsan non longissimo tempore cantatum, ut stantes durare quirent, cf. in βαθρ. Suid., non coll. ad Hes., Schol. Eur. Phoen. v. 1186. Soph. Oed. Γ. v. 142. et Oed. C. v. 267. Ind. Luc.) sed in rel., ubi v. συγκ. Stp. Th. hinc e P. cum falso numero l. 3., nec cum Bg., quo de sensu physico cf. cum adv. Ind. Soph. Ai., cum pr. ἐκ Luc. Xen. Bach. Rs. Or. V. 4. Diod. S. 1, 15. l. 57. et Foes., sed cum pr. κατὰ et acc. rei elliptico Luc. ex 3, 58. l. 82., it. sensu rhetorico ad Thuc. p. 18. N. 56., cum adv. Long. Mor., cum pr. ἀπὸ Is. Pan. ej. it. in malam partem, pro confictum esse, cum adv. Rs. Or. V. 7. Ant., cum dat. pers., it. pr. ἐπὶ ib. V. 6., cum pr. ἐκ Abr. Auct. Dl. Th., sed tropico, pro constitutum esse, Suid., non coll. ad Hes., Dion. H. S. T. 1. Polb. Xen. Hell. 'Αvβ. et Pol. Luc., ubi et cum dat. pers. ex 2, 575. l. 58. Rs. Or. V. 7. Is., ut cum pr. πρὸς V. 4. sed sine Ind. Dem. 213, 14. 898, 5. 908, 6. 968, 16., it. de re ac tempore Dion. H. l. l. et Herdt., sed pro conveniens s. consentiens Luc. ex 1, 713. l. 21. Ultima Nostri ἐν κλ. σχ., per numerum a Bg. e P. mutatum, hodie etiam imitantur architecti nostri in amphitheatris et aliis, ubi spectatores sursum extollunt alios super alios, ut nuper etiam in funere Friderici Unici, ubi nominabatur *ein* treppenförmiges *Gerüst*.

ἐπὶ μὲν θατ.) Praeter dicta ad θατ. alibi, nihil reperi, quam ap. Phil. p. 750. B. πρὸς θάτερον ἀποκλίνων μέρος, in *alteram* propentior *partem*, ut de suo scripserit Noster, varians, simul que per sq. ἐν τῷ ἀντικ., sc. μέρει, cum illis §. 5. ad se relatis ἐν μὲν τῷ λ. μ. — ἐν δὲ τ. δεξ., liberum P. deserente etiam Sch. in „ἀντ. *in* adversa *parte* chori, *in* altera parte" (ubi L. N. T. Schw. p. 125. e. N. „chorus foeminarum *ex adverso* puerorum *stans*") it. in v. ἕσ. cum Bg., cf. ad 1, 11, 10. e., memorante Dione in funere Pertinacis, χοροὶ παίδων καὶ ἀνδρῶν, θρηνώδη τινὰ ὕμνον ἐς τὸν Περτίνακα ᾄδοντες, παρῆλθον λ., sed Nostro definiente chorum utr., ubi εὐγεν. refeṛetur iterum ad equitum filios, cf. §. pr. aut una cum εὐπατρ. ad senatorum, cf. 1, 2, 3. m., qui hic pro adi., ubi Gs. Chr. Ind." generosus, patricius" quasi copulentur syn., a diversa parte, cf. Exc. ad 1, 2, 3. m. sed Sch. „distinctorum a *nobilissimis*" ut εὐγ. sit generis vocabulum, sed εὐπ. speciei, proprie ad solos senatores pertinens. Sed in τῶν ἐν ἀξ. brevior P. (et inde Kypk. 1, 181. m.) ut Bg. amplior, addito libere adi. μείζονι, secus ac supra, cf. 3, 15, 13., variante Nostro per

ξιώσει εἶναι δοκουσῶν [h]. ᾄδουσι δὲ [i] ἑκάτεροι ὕμνους τὲ καὶ παιᾶνας εἰς τὸν τετελευτηκότα, σεμνῷ μέλει καὶ [k] θρηνώδει ἐῤῥυθμισμένους. μετὰ δὲ τοῦτο βαστάσαντες τὴν κλίνην, φέρουσιν ἔξω τῆς πόλεως εἰς τὸ

10. ſtimantur: canunt au-
tem utrinque hymnos et
Paeanas in defunctum, ve-
rendo ac lamentabili carmi-
11. ne emodulatos. Deinde
lectum ferunt extra urbem in

h) Mss. Ba. et Vi. δοκούντων λ. v. N. i) ᾄδουσι τὰ ἑκ. Ms. Ba. v. N.
k) Hoc καὶ in Lugd. omiſſum mendoſe.

brevitatem cum longiori deſcriptione §. 5. e., cf. in Bg. δοκ. cum inf. εἶν. 1, 8, 2., ubi praeiverit Sch. „mulierum, *quae* illuſtres *habebantur*“ ſed Ms. alius ſexus referatur ad maſc. ἀνδρῶν ἢ πατέρων, mente addendum ex §. 5. e., commate tollendo poſt γυν., quod tamen idem Ms. ſolus protulit, locum habens illud in vulg. tem. δοκ., quod cum Mss. rel. oblique quoque P. retulit ad feminas ipſas, quibus et l. l. tribuebatur res, et hic conveniat ille ſexus Ms. modo per generis enallagen illam, qua de v. ad 1, 8, 6. i., niſi et lapſum ſcribae in litteris ſumas, qui et acciderit in copula τὰ pro δὲ, quanquam et gloſſa, conſentiente P., non item Mss. rel.

ὕμνους) Hoc genus tantum e Dione producere in N. pr. potuimus, pertinens, credo, ad Severum, inter deos referendum, (cf. Munth. p. 371. e., quanquam alias etiam univerſum carmen ſignificat, cf. D'Arn. An. Crit. p. 6. Cup. Obſ. L. N. T. cum Schw. N., interdum et lugubre, cf. Stp. et Schol. Aeſch. S. c. Th. v. 873. cum Xen. Ap. S. §. 26. et Ind. Ael. V. h. ir. Luc., ubi et Noſtri formula ᾄδ. ὕμν.) ut adiunctum a Noſtro παι. videtur maxime reſpicere eius victorias et facta bellica, horum que adeo laudem, etſi et hoc ſubſt. interdum univerſe capitur, cf. Gs. Chr. Ind. „laudatio carmine comprehenſa“ Thuc. Luc. Dem. Dion. H. S. T. 1. Xen. Hell. Bach. Cyr. Fi. Aeſch. Eur. Barn. cum Ion. v. 906. et Schol. Phoen. v. 1109. Abr. ad Aeſch. 1, 248. i. 329. e. 414. e. Kl. Tyrt. p. 192. Cup. l. l. p. 4. e. ſqq. Suid. Heſ. aliquoties, Phil. p. 760. D. e. Zoſ. 2, 5, 12. ὕμνους ᾄδουσι — καὶ παιᾶνας, hymnos *et* paeanes *canunt*, 3, 25, 10. τὸν ἐπὶ τῇ νίκῃ τοῦ στρατοπέδου παιᾶνα, ovationem *exercitus*, et 5, 7, 11. παιᾶνας ᾄδων ἐπινικίους, conſuetas *victoriis* ovationes *accinens*, et in uſum criticum confuſum que παιὰν et παιών Ind. Eur. Phoen. cum Hippol. Caeterum omiſſum a P. pron. ἑκατ., cf. 4, 1, 9., reddit Bg., ut 1, 13, 10. i.

σεμνῷ) Pro Lat. P., retento etiam a Bg., poſuit Leisn. in m. Ox. „gravi“ melius ſane ad rem muſicam, pro *ſevero*, ſerio, non hilari; ſicut pro Bg. Lat. ad ſq. ſubſt. μ., e P. quoque ſervato, malim Lat. *modo* ſ. *modulo*, muſica notione, ob praemiſſa ſubſt. ὑμν. et παιαν., quae iam continent carmen ſ. materiam, cf. ad Ael. V. h. 3, 32. i. et Caſ. ad Ath. 2, 890. e. 903. e. cum Cup. Obſ. p. 217., unde ſq. v. ἐῤῥ., a Bg. quoque cum P. redditum, it. a Stp. Th. hinc, melius dedit Gs Chr. Ind. „ordinare, componere“ quorum ultimum muſicae rei aptiſſimum.

μετὰ δὲ) Pol. particulam πάλιν participio βασ. addit, (*tollens* iterum *le-*

καλούμενον Ἄρεως πεδίον. ἔνθα κατεσκεύασται ἐν τῷ πλατυτάτῳ τοῦ πεδίου [l] τόπῳ τετράγωνόν τι καὶ ἰσόπλευρον [m], ἄλλης μὲν ὕλης οὐδεμιᾶς μετέχον, ἢ [n] ἐκ μόνης τε συμπήξε-

12. Martium campum. ubi exstructum est in latissimo campi loco quadrangulum aequilaterum, nulla alia materia constans, nisi ex

l) Ms. Ba. πεδίου, τόπος, τετρ. v. N. m) Colon in Ms. Ba. n) In Ms. Vi. ἢ deest. *Loc.* Et in Ms. Ba. similiter μετέχον ἐκ μόνης τε λ. v. N.

ctum.) Eius autem *tollunt* intellige *attollunt* f. *extollunt* in *humeros*, f. *attollunt humeris*, ut paulo ante (§. 8.) locutus est e Virg. *Steph.*

Ad sensum P. explevit adv., ut alibi, cf. 3, 7, 19. m., respiciens ad §. 8., ut Noster, variando per syn. duo verba cum ἀραμ. et καταχ., dum minus bene reddit Sch. „β. *quum* deportassent *lectum*" sed plane omittit Bg., cf. Exc. ad 1, 13, 4. i., p. 933. m., liberior idem in pr. μ. τ., ut Sch. „post" pro severo *post* hoc *autem*, ap. G. Th. 972, 28. e Scribon., vel *post* illa *autem*, mutato saltem numero, pro que Gr. alio μ. ταῦτα syn., ad utr. sumente L. Bos. p. 283. m. ellipsin subst. πρᾶγμα et πράγματα, quanquam ad sing. valet interdum etiam illud μέρος τοῦ χρόνου, cf. L. N. T. Krb. v. οὗτ. p. 459. m. et Schw. p. 900. a. i. et infra ad 4, 11, 15. Sic Bg. plane omittit e P. particip. καλουμ., olim restituendum, cf. 3, 4, 3. et in Ἀρ. πεδ. vel Rosin. Ant.

ἔνθα) Bg. e P., ut alibi, non item in sqq., ubi in v. κατ. cum Sch., etiam in πλ., sed in P. non clare liquet, an habuerit novitatem Ms. Ba., per quam, posito post πεδ. commate, stat adi. superl gradus cum. gen. absolute ac sine subst., quod supplendum, v. c. χωρίῳ, dum alterum, quod aeque suppleas, τόπῳ hic mutat in casum alium librarius, cohaerentem cum v. κατεσκ., unde existit appositio cum τετρ. λ., et subst. τοπ. mutat notionem, ut non sit amplius de soli fundi que spatio ac parte, sed pro aedificio ac re, in loco aliquo exstructa, qua vi ap. Nostrum sane reperitur, non autem ap. alios, quod viderim, nisi forte in N. T. Io. 11, 48. Act. 6, 14. cf. Krb. L. Nr. 2., quae notio sumta Nostro fuerit in aliis locis e Lat., ubi dr. v. c. *locus* aliquis *obsideri* et *expugnari*, i. urbis spatium cum aedificiis, cf. 1, 12, 12. et Abr. ad Aesch. 1, 232. e. Verum, quia Mss. rel. manent in lectione vulg., haec que bona est: potius in Ms. Ba. inciderit lapsus in litteris iterum, cf. 3, 2, 10. αὐτὰς, et in vulg. rectionem 5, 5, 13. In sq. libere Bg. omittit pron. τι et copulam, in postr. cum P., sumto τετρ. pro subst., ei que adiuncto ἰσ. pro adi., dum ad τετρ. (ap. Gs. Chr. Ind. *quadratus*, ut ap. Poll. et Stp. Th. cum Bg. e P. aliunde, Ind. Luc. et Geop., ubi syn. τετραγωνιαῖος, ignotum Stp. et L. Ern.) non licet supplere subst. cum L. Bos. σχῆμα et οἴκημα, quae ipsa mox subiiciuntur, sed potius v. c. κατασκεύασμα, cf. §. 15, pro generali χρῆμα, reperiente me praeterea τετρ. ap. Z. Xen. Pol., sed non iterum ἰσ., nisi ap. Stp., qui Bg. Lat. reprehendere videtur, servatum tamen a Gs. Chr. Ind., cf. Th. e. Sed Leisn. in m. Ox. „Kirchm. p. 327. Hinc πυραὶ νεκρῶν dicuntur *arae* Ovid. Trist. 3, 13, 21. Virg. A. 6, 216. Obs. M. V. 4. p. 351."

ἢ ἐκ μ.) Ad praecedens ἄλ. μὲν aptius quadrat μόνης δὲ — *Sylb.* E P.

ως ξύλων μεγίςων, εἰς σχῆμα οἰκήματος. πᾶν δὲ ἐκεῖνο [o] ἔνδοθεν μὲν Φρυγάνων πεπλήρωται [p], ἔξωθεν δὲ χρυσοϋφέσι ςρωμναῖς, ἐλεφαντίναις τὲ ἀγάλμασι, γραφαῖς τε ποικί-

compactis lignis ingentibus
12. in formam aedificii. to-
tum autem illud, interius
quidem cremiis oppletum est,
exterius autem aureis torali-
bus, eburneis que signis et
picturis variis exornatum:

Cf. Fabr. ad Dion. C. p. 1302. §. 88. it. 1307, 49. supra que ad §. 8. Sed Bg. e P. liberis multis tantum servat Lat. ad v. χρ., at longius Sb. Ind. „consulere oraculum dei" sed Stp. Th. 4, 585. E. e. sine Vs. cf. Bud. C. 355, 23. Suid. 1, 931. i. 3, 690. e., non coll. ad Hes. 1. et 2. p. 1564. e. Thom. M. p. 923. lib. de V. med. Vig. p. 316. b. m. Rs. Or. V. 3. p. 515. N. 89. Ind. Dion. H. S. T. 1. v. ἐχρ., Dion. Cas. et Diod. S., tenentibus Lat. saltem *uti oraculo*, cf. G. Th. 1123, 67., unde propius h. l. fecerim *dei* oraculo *uti*. Mox Stroth. in N. Chr. ad ἐκ. „sc. Ἀλεξανδρεῖς" quod nomen proprium e genere concretorum latet in pr. nomine urbis πόλιν et τὴν Ἀλεξ., unde P. libere mutat, cf. 4, 6, 8. et in sq. adv. ἐξ. Srp. Th. qui hinc e P., addens „malim tamen *in primis*" non obsecuto Bg., forsan ob sq. §. ὑπ., sed longius Sb. Ind. „praecipua

σιν ἐξαιρέτως. δύο γὰρ ταῦτα ὑπερβαλλόντως [n] προσεποιεῖτο, τήν τε τοῦ θεοῦ θρησκείαν, καὶ τὴν τοῦ ἥρωος μνήμην. ἑκατόμβας τὲ οὖν κελεύει [o] παρασκευασθῆναι ἐναγισμούς τε

17. nerantur egregie. Duo enim ista in primis prae se ferebat, dei illius religionem et herois memoriam. Hecatombas igitur iubet comparari et inferias omne genus.

n) Ms. Ba. ὑπερβαλόντως, ut 3, 11, 8. Mox idem habet colon post πρ.
o) κελεύειν ed. Bs. 1. cum Bs. 2. R. mendose.

veneratione col." in quo cum v. σεβ. per analog. modo, cf. Diod. S. 1, 328. l. 63. *τὸ τέμενος — τιμώμενον ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων διαφερόντως*, quod religiose *honorant*, et Virg. A. 11, 785. *quem* primi *colimus*, ubi Heyn. „praecipue inter caeteros, in primis."

δύο γὰρ) Libere P. in *γὰρ*, e quo Bg. in sq. *ὑ.*, cf. 3, 11, 8., non item in v. *πρ.*, quod cum pr. adv. ad analog. iungitur, ut mox *θρ.* cum gen. obiecti, cf. L. N. T. et G. Th. in subst. Bg. et v. *cultus*. Sed in artic. *τοῦ θ.* Bg. de suo perspicue.

ἑκατόμβας) Priorem §. cum hac iungens P., sustulit binas hic particulas, sed Bg. solam *τὲ*, cum tamen habeant Lat. non modo illa affinia *atque adeo*, verum etiam severum, Virg. A. 2, 567. *iam* que *adeo* super *unus eram*, cf. G. Th. 97, 65. sqq., (nobis etiam *und daher* s. *und also*,) ad quam analog. forsan scribitur hic, ut simul ad Gr. *δ' οὖν*, quod malim, quam suspicari confusionem litterarum. In sq. ex analog. iterum modo in v. *παρ.* cum subst. *ἑκ.*, quo de, praeter Stp. Th., cf. Hesy. Ind. Orph. Hesd. Theogn. Feith. Ant. H. p. 65. sq., ad L. Bos. Ant. Gr. p. 36. Nr. 8., ad Poll. 1, 26. N. 81. Fabr. Bibl. Ant. p. 496. m., ad Luc. 1, 875. b. i., Schmid. ad Heliod. 3, 1. p. 171. N. 4. G. Th. cum Capitol. T. 2. p. 152. e. libellum que editum Ultrai. 1775. ab Hermanno Royaards de emendandis plur. vett. scr. Gr. loc., in cuius c. 4. ephemerides indicarunt quoque disputationem esse super hecatombis, quarum ephemeridum summam excerpsi hanc „sententias de his esse istas, ut fuerint aut centum boum, aut centum modo pedum, s. viginti et quinque quadrupedum animalium, aut modo magnificum sacrificium, non finiti animantium numeri, aut sacrificium, constans centum numis, in quibus imago boum impressa, quod genus postremum recte reiectum esse ab illo auctore, qui nec putet, vocabulum ex *ἑκατὸν* et *βοῦς* compositum, sed ductum ab *ἑκάτομβος*, i. q. *ἑκάτομος*, ut adeo *ἑκάτομος θυσία* sit i. q. *θυσία τοῦ Ἑκάτου*, i. e. sacrificium Apollinis, quia, quanquam oblatum omnibus diis fuerit recentioribus temporibus, tamen sit verosimile, id ab initio vetustissimis que temporibus tantum Apollini factum esse; caeterum, e quibus animantibus constiterit, non definiri posse" ferente Ind. Stroth. Chr. „eine *Hekatombe*, ein grosses feyerliches Opfer." In sq. *ἐν.* Stp. Th. cum P., non item Bg., quod, ut pr. *ἑκ.* ad deum Serapin, pertinere videtur maxime ad Alexandrum heroëm, et constitisse vel illis partibus victimarum, quae manibus secabantur, vel sic dictis incruentis, libaminibus et suffitu, cf. Hesy., non coll. Suida, ad Schol. Eur. Phoen. Valck. p. 645. N. 77. Spanb. ad Call. h. in L. Pall. v. 107. Ruhnk. L. Plat. p. 73. Salm. ad Vopisc. T. 2. p. 616. a. e. Feith.

παντοδαπούς. ὡς δὲ p διηγγέλη τῷ τῶν Ἀλεξανδρέων πλήθει, φύσει μὲν ὄντι τὰς γνώμας κουφοτάτῳ, καὶ ἐπὶ τοῖς βραχυτάτοις ῥᾶστα κινουμένῳ, τότε δ' q ἐξεπτόηντο, τὴν τοῦ βασιλέως σπουδήν τε καὶ

18. Ut autem nunciatum id est Alexandrinae multitudini, suapte natura levissimi ingenii, et minimis momentis facillime impellendae, ibi tum extra se erant, imperatoris studium et benevolentiam

p) δὲ omissum in Bs. 1. al. mendose. q) δὲ Ms. Ba. plene, ut alibi, cf. 3, 8, 13. m. et hic quoque in Stroth. Chr.

l. l. p. 88. Ind. Sb. et ej. Dion. H. T. utr. Herdt. Ios. Rs. Or. V. 7. Is. Luc. G. Chr. et Th. v. Bg. et P., sed Stroth. Ind. Chr. „ein Leichenopfer, *Todtenopfer*."

ὡς δὲ δ.) Leisn. in Ms. Bg. rubri coloris linea strinxerat pron., quod est e P. obliquo, ut et syn. adi. ad Ἀλ., ex usu Lat., cf. G. Th., dum ambiguum est, quod habet Auctor de bello Alex. 30, 6. *maxima* et *electissima* Alexandrinorum *multitudo* rel., cf. Ios. 1, 944. s. 2. i. ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως, *in* urbe *Alexandrina*, ad quam analog., et illorum τῷ Ῥωμαίων s. Ἀθηναίων δήμῳ, Noster confinxerit suam formulam hanc, non praebentibus Stp. Th. et Indd. sic subst. πλ. cum gen. nominis proprii populorum.

φύσει) Curt. 4, 1, 30. *Aegyptii*, vana *gens*, et *novandis*, quam *gerendis*, aptior *rebus*, ad quem v. Cell. (ubi Nostri locus sine Vs. sic profertur „de Alexandrino populo, φύσει τὰς γν. κουφότατος ὤν.) *Leisn.*

Qui et in m. Bc. 2. „Vopisc. in Saturnino c. 7. sq. p. 652." quem locum infra daturi, hic addimus modo Beck. Specim. hist. bibl. Alex. p. 17. §. 11. cum N. 2. et ex Auctore de bello Alex. 24, 1. *Caesar*, *etsi* fallacem *gentem*, semper *que* alia *cogitantem*, alia *simulantem*, bene *cognitam habebat*, rel., P. sequente Bg. tantum in φυσ., ut 3, 8, 6., sed ut 2, 15, 4. per gen. eundem in adi. cum acc., ubi Stroth. in N. Chr. recte „sc. κατὰ, (it. Ind.) γν. sehr *leichtsinnig*, in seinen Gesinnungen sehr veranderlich, (sed ib.) φ. seiner innern Beschaffenheit nach, seinem Character nach" quo de alibi, ad analog. iungente Nostro κουφ. cum τ. γν., cf. in superlat. Foes. cum Z. Ind. Xen. Bach. ex Ages. sed compar. ib. Pol. et Cyr. Dion. H. T. utr. Fi. Fal. et Suid. Mox Bg. e P. ad ἐ. τ. βρ., supplens subst. liberum, sed Sch. „levissimis de caussis" vicinius subst. αἰτίοις, pro quo et procedit illud commune πράγμασι, abeunte etiam Stroth. Ind. „über *die* geringsten *Kleinigkeiten*" sed variante Nostro cum 4, 6, 5. ἐ. βρ. αἰτίαις et 1, 3, 15. ἐ. ταῖς τυχούσαις ἀφορμαῖς ῥ. κιν., (quod adi. respicit P. libere,) sed ad analog. modo scribente in τ. βρ. et cum v. κιν., quo de Bg. cf. 1, 3, 15., h. l. impelli non ad mutandum imperium et dominum, quia jam parebant Romano imperatori, sed ad mutandum animum suum erga imperatorem, quem, ante cum odissent et risissent, nunc colere satagunt, cf. cap. sq.

τότε δ' ἐξεπτ.) Huic loco videri possit subesse mendum; quum tamen potius credibile sit, hoc ἀνακόλουθον ab ipso Herodiano profectum esse. *Steph.* Malim ἐξεπτοημένῳ et πυνθανομένῳ, et tum δὲ §. sq. erit tollendum. *Reisk.* Pol. *quasi* animorum *impotes*. Menander II, 4. p. 244. di-

εὔνοιαν πυνθανόμενοι. ὑποδοχὴ [r] δὲ παρεσκευάζετο, οἵαν μηδενί πω ποτὲ βασιλεῖ [ſ] γενέσθαι φασί. πάσης τὲ γὰρ

19. intelligentes. Igitur ad excipiendum illum apparatus fiebat, quantum nulli unquam imperatorum factum fuiſſe aiunt. Nam et omne genus

r) ὑποδοχὴν habet Edit. Halens. et Cod. Vindob. ſed melius eſt ὑποδοχὴ ap. Boecl. *Loc.* In mea ed. Hal. eſt, ut dedi cum rel. edd., ſed in Ms. Ba. πυνθανόμενοι, ὑποδοχὴν δὲ παρεσκευάζοντο, οἵαν λ. v. N. ſ) βασ. γενέσθαι ῥωμαίων. πάσης λ. Ms. Ba. v. N.

cit ἐκπλαγεὶς ὑπὸ ἡδονῆς γινόμενοι κατέχαιρον, *gaudio exultabant, ita, ut ſui compotes non eſſent.* Livius hoc ſic efferret 27, 51. *vix gaudium animis capiebant*, vix *diſpenſari laetitia inter impotentes eius animos potuit*, (quorum priora modo ib. med. ſunt.) ἐκπτοῆσθαι, πτοεῖσθαι, πτοιᾶσθαι eſt non tantum *exterreri*, inſtar equi ſternacis, ſed etiam *attonitum fieri admiratione et gaudio*, et *tota mente exſternari ac ſibimet excuti ad vehementius aliquid appetendum.* Sic Schultens ad Prov. 28, 22. v. Herodian. 5, 4, 1. *Leisn.* Per ſyntheſin h. l. nomen collectivum πλῆθος verbum in plurali numero ſibi iunctum habet, v. 1, 6, 25. *Stroth.*

Libere omittente P. duo illa τότε δ', quid expreſſerit Bg., non liquet, dum eius particulas nec G. Th. Hor. Turs. et Lex. Schell. tenet, nec explicant Intp., quos inſpexi, ap. Virg. A. 6, 898. (ubi et Var. L. eſt,) et Ter. Andr. 1, 1, 79. 104. 1, 3, 18. 4, 1, 10. Eun. 1, 2, 28., poſſunt que per figuram illam ἐκ παραλλήλου ſtare pro una temporis et conſecutionis particula Lat. *tunc*; et ipſe Bg. δὲ per Lat. *tum* ſupra reddebat 3, 10, 9., et alii, quos v. ad 2, 3, 6., ſic vertunt, ubi ſolum ſtat in apodoſi, in qua hic accipiens ego, et utrumque τότε δ' pro Lat. *tum vero*, pro que Gr. aliorum τότε δή, pro quo δὲ ſaepe habuimus, nihil hinc tento, modo peculiare Noſtri quid et Latini deprehendens, dum, conſultis Indd. Stp. Th. Bud. C.-Hoog. Op. Vig. aliis que, tamen nil tale vidi, ubi τότε δὲ in media oratione, et, ut dixi, in apodoſi periodi, per ὡς coeptae, poneretur, ſed modo ab initio enunciationis ap. Thuc. 75, 79., ubi pr. l. 77. pro vulg. τὸ δὲ legi queat τότε δέ, praecedente πρότου. Sed in v. ἐξεπτ. Stroth. Ind. cum Bg. „in Erſtaunen gerathen, ganz *auſser* ſich *ſeyn*" ſed Sch. „*conſternati* ſ. *impotes* animi *erant*" in poſtr. partim e P., quo reſpicit, opinor, Stp. Th. 3, 590. i. „ἐξεπτοῆσθαι redditur etiam *impotem* animi *eſſe*" ſine auctore, dum inveni ap. ſolum Polb. 2, 365. m. τῶν -- ἐξεπτοημένων καὶ παρεστώτων ταῖς διανοίαις, per liberrimam Vs., ſenſu Leisn. primo, h. l. prae gaudio extra ſe eſſe, i. vehementer gaudere, variante Noſtro per ſyn. pro ἐκπεπτόηντα 2, 7, 12. In ſq. membro liber P. in ordine et v. πυνθ.

ὑποδοχὴ) Bg. ſervat e P. δὲ per δή, ut alibi, (quod Ms. Ba. hic praebet, ut 3, 8, 11.) et aliquid ex illius phraſi ad ὑπ. παρ., ubi videatur habuiſſe lectionem illam Ms. Ba. in v. med. „igitur *ad* excipiendum *illum* ſe *comparabant*" ubi modo libere exprimitur Mss. accuſativus, ortus is, ut videtur, ſic, quod ſcriba adhuc in mente haberet priorem σπουδὴν et εὔνοιαν. Et ſic refert Ms. Vi. cum v. vulg. paſſ. et ſing. παρεσ. Quod cum alius librarius non conſiſtere cum acc. iſto vidiſſet: mutavit verbi

μούσης ὄργανα, πανταχοῦ musica instrumenta ubique

numerum; quanquam et contra fingetur, errasse librarium aliquem in finibus, per compendium scriptis, ut 1, 14, 11. i., et hinc, cum memor esset, supra saepius ap. Nostr. occurrere med., demum correxisse vulg. nominativum, qui cum servetur a Ms. Ve. habeat que se bene constructio vulg. et ad analog. saltem fiat, nostratibus quoque commoda, *es wurde ein* Empfang, *eine* Aufnahme *zubereitet* s. *veranstaltet*; bene Bg. fecit, cum servavit, quantum Latine posset, mutando v. pass. in formulam nominativi, sed hunc flectendo aliorsum, quia Latt. subst. in v. ὑπ. ap. Stp. Th. nec per se satis bona sunt, nec usum habent cum v. *parare* etc. Sed Excp. ap. Suid. 1, 233. e. ὡς δὲ ἐσήλασεν ἐν αὐτῇ σὺν παντὶ τῷ στρατῷ, ὑπεδέχθη παρὰ τῶν Ἀλεξανδρέων, ὡς οὔπω τὶς βασιλέων πρότερον, contractis Nostri his cum §. sq. i., hic breviorem P. deserente etiam Bg., qui tamen et ipse libere casum in βασ. mutat, a P. prorsus neglectum; ubi Ms. Ba. librarius aliquis per glossam addidisse videtur gen. illum Ῥωμαίων, ad magis definiendum subst., quod cum alius in marg. deprehendisset, ignarus, quorsum pertineret, delevit v. φασί, omissum idem a P., qui, ut dicebam, brevior modo hic fuit, nec propterea cum Ms. Ba. consentit, quia illius novi gen. nullum apparet ap. eundem vestigium. Quum vulg. lectionem servent etiam Mss. rel: prodit id ipsum, quod sumsi, glossema, sed librarii stultitiam quoque hoc, quod ita oratio pendet sine serie legitima, quia rectio pron. οἷος cum inf. non bene hic procedit, tum quod requirit nominativum οἷα, non acc., qui valet modo, ubi prior oratio iam est infinita, ut infra 6, 2, 10., tum ob sensum, quem in ea rectione damus isti pron., ut mutetur vel in particulam ὅτι, vel in pron. relat. *qui* una cum v. Lat. *posse* s. *valere*, vel in adi. aliquod, ut *valens*, it. *idoneus*, it. *promtus*, paratus, *cupidus*, v. Bud. C. 1372, 30. 1374, 3. Stp. Th. 3, 451. e. L. Ern. Vig. p. 116. Nr. VI. cum N., Dev. p. 243. Pet. ad Ael. V. h. 3, 9. p. 215. N. 7. e. it. 11, 13. p. 705. N. 2. Bg. ad Alc. ep. p. 89. e. L. Bos. Ell. p. 330., ad Luc. 3, 623. N. 66. Abr. Dl. Th. p. 712. Ind. Sb. cum ej. Di. H. T. utr. Eutr. Met. Cell. Gs. Chr. Dem. Fi. Ae. The. et ad Plat. Phaed. p. 206. N. 4. Z. Xen. Cyr. et Ἀνβ. aut denique in idem pron. *qui* cum v. Lat. *solere*, cf. ib. Hell. Mor. et Mem. S. Z., cui add. 3, 11, 1. et forsan Gs. Vs. ad Luc. 1, 820. l. 14., quae postr. ratio, in P. hic reperienda, tamen non valet, quia et ipsa postulat nomin. οἷα, ut priores rationes alienae sunt a contextu, ubi formula ὑπ. γεν. cum dat. pers. modo facta est ad analog.

μούσης ὀργ.) Huius luxus Orientalis affectatione *Gallienus saepe ad tibicinem processit, ad organum se recepit, cum processui et recessui cani iuberet*, Trebellius Pollio in Gallieno primo c. 7. (c. 17. T. 2. p. 238.) De caetero Alexandrinis *organa hydraulica* praesertim familiaria sunt, quippe cum et auctor omnis machinae hydraulicae Ctesibius Alexandrinus memoretur Vitruvio l. 9. c. 9. et Plin. 7, 7. Descriptionem organi elegantem Graecam v. ap. Cl. Salm. in Lamprid. Heliog. f. et in epigrammate Graeco Iuliani Apostatae. *Boecl.*

Cf. ad Lampr. c. 32. Heliog. p. 874. Cas. N. 2, it. Cl. Cic. v. *hydraulus* cum Gs. Chr. Plin. p. 404. m., reddente Stp. Th. v. μουσ. 2, 829. F. sub notione „pro ipso cantu" it. v. ὀργ. i. e P., quem deserit Bg. modo ad πασ., respiciens ad sensum, et ad παντοδαπὸς §. 17., quocum varie-

διακείμενα, ποικίλον ἦχον εἰργάζετο [t], ἀρωμάτων τε παντοδαπῶν καὶ θυμιαμάτων ἀτμίδες εὐωδίαν παρεῖχον ταῖς εἰσόδοις. δᾳδουχίαις [u] τε καὶ

disposita varium sonum edebant, et aromatum variorum ac suffimentorum vapores suavem odorem praestabant in portis. Taedarum quoque ge-

t) Hoc comma in Bs. 1. al. pro colo Stp. rel. et puncto al. u) Sine iota subscr. in A. al.

tur, ut Stroth. Chr. Ind. „allerley *muf. Instr.*" dum in ὀργ. cum μ. scribitur ad analog., cf. Ind. Plut. Hs. cum Ios. Luc. et Ael. V. h. sed G. Th. modo cum ὀργ. in Bg., qui prae P. severior in τὸ γὰρ — τὸ ut 2, 1, 17. etc. it. 1, 4, 3. quibus ibi disputatis add. alio sensu copulata ap. Polb. 1, 497. l. 8. ἄν τε γὰρ — ἄν τ' λ. *sive* enim — *sive* rel.

* παντaχοῦ διακ.) Forte παντοίως, *quibuscunque* tandem *formis* et *modis* constructa. *Reisk.*

Sed hoc cum insit iam in pr. παν. aliquo pacto: tum correctio est contra libros omnes, etiam P., unde Bg. et Stp. Th. v. διακ. 2, 163. i., quo physico sensu cf. Ind. Luc. et Ael. V. h., sed ad analog. modo cum adv. π., i. e. per varia loca, extra urbem, in viis, in portis et turribus, intra que urbem in diversis plataeis et aedibus. Sed in sq. formula ἦχ. εἰργ. forsan est Lat., cf. G. Th. v. *fon.* 491, 31. lingua -- *quae* sonos *vocis* distinctos *et* pressos *efficit*, et p. sq. l. 21. *faciunt* sonitus *venti*, pro quibus severis Bg. e P., cf. ἦχ. Ind. Luc. et Ael. V. h.

ἀρωμάτων λ.) Egit de hoc more Brissonius in erudito de regno Persico commentario et Cas. ad Calig. Suet., add. infra 4, 11, 3. *Boecl.* Idem honoris genus refert Herodi. c. 11. *Stroth.*

Notarat Leisn. in m. Ox. „Cas. ad Suet. Calig. 13. p. 623." ubi agit de more excipiendi imperatores per suffitus, δᾳδουχίας et flores, ad Suet. *inter* altaria *et* victimas, *ardentes* que *tedas*, densissimo et laetissimo *obviorum* agmine, *incessit*, memor et huius loci, adiectis his, quoad habui in Excerptis „in honorem regum a populo cum taedis ardentibus s. cum facibus procedebatur s. cum lumine" cf. Bud. C. 1239, a. „Athen. — de Antonio loquens triumviro, μετέβαινε δ' ἔνιοτε καὶ ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν, ἀπὸ τῶν τεγῶν λαμπάσι δᾳδουχουμένης τῆς Ἀθηναίων πόλεως, i. e. φωτιζομένης, illustrata, illuminata facibus, e tectis fulgentibus. λυχναψία id dicitur et δᾳδουχία. Herodi. de Antonino Alexandriam ingrediente, δᾳδ. — βολαῖς βασιλέα ἐτίμων" sic sine Vs., aliter adeo, quam Cas. ante, locum Nostri intelligens, dum Stroth. Ind. Chr. „δᾳδ. die *Vortragung* der *Fackeln*" cum Bg. quoque facit, proferente Stp. Th. vocem modo ex alio Nostri loco, quam reperi praeterea ap. Hesy. 1, 872. i. δᾳδουχίας, λαμπαδηφορίας, λυχναψίας, φωτισμοῦ, (ubi in N. tantum ex 2. Maccab.) et ap. Luc., ubi Gs. cum Bg., qui descrit P. etiam (secus ac Stp. Th. in εὐωδ.) in phrasi παρ. λ., quae ducta videtur e Lat., ut et ἀτμ. cum ἀρ. ex illo *spiramen* — *aromatis*, v. G. Th. et Luc. 3, 653. v. 139. λιβάνων ἀτμίς, vapor *turis*. Caeterum in m. Par. 2. notarat Ern. „v. Cas. ad Suet. Cal. c. 13. it. in Galba c. 18." quo tamen extr. loco nihil reperi, huc pertinens.

ἀνθέων βολαῖς ἐτίμων τὸν βασιλέα. ὡς δὲ εἰσήλασεν εἰς τὴν πόλιν σὺν [x] παντὶ τῷ στρατῷ, πρῶτον [y] εἰς τὸν νεὼν ἀνελθὼν, πολλὰς ἑκατόμβας κατέθυσε [z], λιβάνῳ τὲ τοὺς βωμοὺς ἐσώρευσεν. ἐκεῖθεν δ' [a] ἐλθὼν εἰς τὸ Ἀλεξάνδρου μνῆμα, τήν τε χλαμύδα, ἣν ἔφερεν ἁλουργῆ [b], δακτυλίους τὲ, οὓς

stationibus et florum sparsionibus honorabant imperato-
20. rem. Postquam intraverat urbem cum toto exercitu, primo templum ingressus, multas victimas mactavit, ac thure aras accumula-
21. vit. Illinc porro progressus ad Alexandri monumentum, paludamentum quod gestabat purpureum, annulos

x) σὺν in Lugd. omissum mendose. y) πρῶτον μὲν εἰς λ. Ms. Ba. v. N. z) Colon in Ms. Ba. a) δὲ Ms. Ba. cf. §. 18. m. b) Hic comma in edd., non item post ἐφ., sed mox post εἶχε comma in Bs. 1. L. v. N.

ἀνθέων β.) Ritus spargendi flores a diis ad homines translatus adulationis causa, v. Cell. ad Curt. 5, 1, 20. *Leisn.*

Ibi respicitur huc sine Gr., cf. supra 1, 7, 11. et v. *flos* e. G. Th., hic ad analog. tantum Nostro iungente ἐτ. cum δαδ. λ.

ὡς δὲ) Bg. omittit iterum advers., secus ac P., quem deserit in v. εἰσηλ. et in rel. negligentiorem, sed tenentem illud Ms. μὲν, additum forsan ob sq. §. δ', quo sequente supra 3, 12, 16. m. idem removit μὲν, quod per se exciderit ob pr. τον litteras, nudo sic πρ. occurrente ap. Nostr. etiam alibi, cf. 2, 1, 22. e. 2, 2, 1. 3, 5, 2. m., ubi tamen δὲ non sequitur, servante Bg. vulg. cum Mss. rel. Mox Bg. e P. in v. ἀν. et subst. ἑκ., cf. §. 17., quod per analog. iungitur cum v. κατ. (cf. Ind. Luc. v. ἑκατόμβας — θυόντων,) ubi Bg. cum Ind. Sb. sed Stp. Th. sine Vs., cf. Ind. Dion. C. Dion. H. S. T. 1. Diod. S. Luc. Xen. Ἀνβ. Ael. V. h, cum N. 19. ad 4, 1. p. 330. it. Hesy. 2, 168. m. 193. e. N. 10. In sq. v. ἐσ. Stp. Th. partim e P. „*thure* altaria *cumulavit*" quae phrasis et rectio forsan est e Lat., cf. Virg. A. 11, 50. *cumulat* — altaria *donis* et 8, 284. cumulant *oneratis* lancibus *aras*, cum N. Heyn. it. 5, 54. struerem *suis* altaria *donis*, et G. Th. 1112, 57. Plin. — *Alexandro M.* — *sine* parsimonia *tura* ingerenti *aris*, sed de v. σωρ. L. N. T. Ind. Luc. Diod. S. Fab. A. Hs. et de λιβ. ib. cum Kl. Tyrt. p. 80. m. Suid. 2, 444. m. Hes. cum N. it. Ammon. p. 89. Thom. M. p. 577. ad Arist. Plut. v. 703. Schol. cum Hsth. et ad Ios. 1, 136. N. 2.)

ἐκεῖθεν) Pro P. contracta periodo Bg. in δὲ, ut 4, 2, 14., sed in ἐλθ., ut 2, 3, 3., tum ex illo in χλ., cf. 3, 7, 8. et ad ἁλ. 1, 14, 16. m. it. 4, 7, 4. In sq. ponetur comma post v. ἐφ. e logica rectione, iuncto subst. χλ. cum adi. ἁλ., quod tamen et copulabitur cum pron. ἣν, post quod etiam prosaici, nec modo poëtae, ponunt adi., divulsum a suo subst. annexum que enunciationi posteriori, ut alias substantiva reiiciuntur post pron. sequentis membri. Par est fere ratio in sq. δακτ., cuius genitivi λιθ. τιμ., qui sunt materiae s. modi, hic itidem, facto post εἶχ. commate, stabunt post pron., ubi pro liberrimis P. resolvit Bg. illos gen. per

εἶχε λίθων τιμίων [c], ζωστῆράς τε, καὶ εἴ τι πολυτελὲς ἔφερε, περιελὼν ἑαυτοῦ, ἐπέθηκε τῇ ἐκείνου σορῷ.

Ἃ δὴ ὁρῶν ὁ δῆμος, ὑπερέχαιρε [d] παννυχίζων τε καὶ ἑορτάζων, οὐκ εἰδὼς τὴν τοῦ

que quos habebat cum gemmis pretioſis, balteum item et quidquid pretioſum geſtabat ademtum ſibi, impoſuit illius tumulo.

Quae cernens populus, gaudebat ſupra modum, pervigilia feſtumque celebrans: igna-

c) Ms. Ba. καὶ ζωστῆρας τὸ πολυτελεῖς, ἔφερε περιελὼν ἑαυτοῦ, καὶ ἐπεθ. v. N.
d) ὑπέχαιρε Bc. 1. mendoſe, v. N.

praep., tacente G. Th., cf. Ind. Iuſt., Noſter ut in hoc gen. peculiare quid habeat, ſed ad analog. tamen, etiam in v. ἐχ. cum δακτ. (quo de ... Xen. Z. Pol. Diod. S. Geop. et Fi. The.) ut que variet per brevitatem hic quandam cum 1, 17, 5. λίθοις πολυτίμοις κεκοσμημένων et 5, 8, 13. διὰ — λίθων τιμ. πεποίκιλτο, cum ſint annuli, lapidibus pretioſis ornati, diſtincti, inſtructi, cf. τιμ. cum λιθ., de ornatu corporis vel aedificio, L. N. T.

ζωστῆρας) Leisn. in m. Ox. „cur plural.?" pro ſing. haud dubie, ut in aliis ſubſt. ſupra, ut Lat. *cingula* ap. Virg., cf. Heyn. ad Aen. 12, 942. et Poll. 7, 68. ſed in notionem Bg. e P. cf. Spanh. ad Call. h. in Del. v. 183. ubi et de alia, ignorata a Stp. Th., de perſ. (*ſuccinctis*) ex h. in Ap. v. 85., cum Ind. Herdt. Soph. Ai. Orph. Suid. et Hes., unde, praeter P. ſing., in Excp. ap. Suid. 1, 233. e. καὶ ἐλθὼν εἰς τὸ Ἀλ. μν., τήν τε χλαμύδα, ἣν ἐφόρει, καὶ τὸν δακτύλιον, καὶ τὴν ζώνην, καὶ εἴ τι πολυτελὲς, περιελόμενος ἐπ. τ. ἐκ. σ. per ſyn. ſing., etiam adeo in pr. δακτ., ſed in Vs. *et ſi* quid *praeterea* precioſum *gerebat*, dum Bg., ſecus ac P., in εἴ τι per ſyn. iterum, cf. 4, 6, 7., addente P. libere adi. ἄλλο, cf. 3, 15, 6., e quo Bg. in περ., ſed Sb. „ſibi detrahens" in quo cum adiunctis τὴν χλ. et δακτ. Noſter ad analog. Sed in Ms. Ba. novitate multiplici (cuius nullum veſtigium eſt ap. P., qui in extr. membro libere addit adv. *tum*, pro deinde, cf. 1, 13, 12. e.) debet primo tolli comma poſt πολ., ut cohaereant τὸ — ἔφερε καὶ ἐπεθ., valitura per ſe pro φέρων ἐπεθ., at καὶ ſequente τὸ καὶ ſupra 2, 10, 10. m. Ms. Ve. placitum, iungat acc. ζωσ. cum prioribus, ſed τὸ non ſtet ſuo loco, ſed praemiſſum, ut alias, pro ἔφερέ τε περ. ἑ. καὶ ἐπ., at denique ſic pereat formula illa εἴ τι, cui auctor Ms. Ba. inimicus, cf. 3, 7, 18. e., totam mutationem illam ſuſceperit, ubi manifeſta vis apparet. et, ſublatis ſemel iſtis καὶ εἴ τι, quia ἔφερε trahebatur ad ſuperiora, tunc quoque in ſq. addi debuit καὶ ante ἐπεθ. et adi. πολυτ. accommodari priori ſubſt. ζωσ., dum lectio vulg. nihil in ſe habet vitioſi.

ἃ δὴ) Copulam hanc in tranſeundo et colligendo, pro Lat. *igitur*, opprimit Bg. iterum, ut 3, 11, 7., e P., libero illo etiam in numero plur. adiunctorum, dum reſpicit Noſter per variationem in abſoluto ὁ δημ. ad pr. cap. §. 18. i., ubi Excp. ap. Suid. 1, 233. e, ὁ δὲ δῆμος ἔχαιρεν, οὐκ εἰδὼς τὴν τούτου λανθ. γν. populus *vero* Alexandrinus *ſupra* mo-

βασιλέως λανθάνουσαν γνώμην. ταῦτα γὰρ πάντα ἐκεῖνος ὑπεκρίνατο [e], βουλόμενος τὸ πλῆθος αὐτῶν διαφθεῖραι. ἡ δ' αἰτία τοῦ λανθάνοντος μίσους τοιάδε τὶς ἦν. ἀπηγγέλλετο [f] αὐτῷ, διατρίβοντι ἐπὶ τῆς Ῥώμης ἔτι [g], καὶ τοῦ ἀδελφοῦ περιόντος, καὶ μετὰ

rus imperatoris occultae voluntatis. 2. Haec enim omnia ille simulabat, cupiens multitudinem illorum disperdere. 3. Causa autem latentis odii, huiuscemodi quaedam erat. Nunciabatur ei commoranti Romae adhuc et fratre superstite, atque etiam post eius

e) Colon Ms. Ba. f) Ita et Ms. Ba. *Mart.* v. N. g) Ms. Ba. ἔτι καὶ τοῦ ἀδ. π. v. N.

dum *laetabatur*, ignarus, *quidnam* ille *occulti* consilii *tegeret*, ad quae in N. e Io. Antiocheno afferuntur magis cum Vs. illa et textu nostro convenientia haec, ὁ δὲ δῆμος ὁρῶν ὑπερέχαιρεν παντ. λ., pro quo v. Sch., inductus a Bc. I. „ὑπεχ. laetus *supra* modum *erat*, s. *latenter* et *in* sinu *gaudebat*“ fere cum Stp. Th., ubi sine auctore aeque ac nostrum, quod v. ap. Ind. Sb. Luc. Ael. V. h. et Xen. Z. Cyr., cui add. 1, 3, 12. 1, 4, 8. Sed adiuncta duo particip. contrahit Bg. in phrasin e libero verbo cum subst. duobus affinibus, quae ratio, servans notiones singulorum particip., melior est, quam P., sumentis hendiad., cf. 1, 17, 13., sed 2, 12, 5. in sq. Bg. οὐκ εἰδ. e P., pro *ignorans* imperatoris *occultam voluntatem*, vel, quo Noster respexerit, ap. G. Th. v. *anim.* 351, 46. latentem *animum*, ex Hor. *latentes* animi *sub vulpe*, ubi P. liberior, cf. Dion. C. 1306, 21. ἐπικρυπτόμενος τὴν ὀργὴν λ.

ἐκεῖνος ὑπεκρ.) P., praeter oppressum pron., liber in v. ὑπ., at in βουλ. ut 4, 8, 8., quem deserit Bg. in v. διαφθ., cf. 1, 17, 8. e., respiciente Nostro in gen. pron. αὐτ. prioris cap. §. 18. i. nomen τῶν Ἀλεξ. cf. Dion. C. 1306, 16. καίτοι τὸν Ἀλέξανδρον ὑπεραγαπᾶν φάσκων, τοὺς ἐκείνου πολίτας μικροῦ δεῖν πάντας ἄρδην ἀπώλεσεν.

ἡ δ') Copulam advers. omisit P. iterum, cf. 3, 11, 11., quem Bg. deserit in rel., tum in pron. τοι., tum in ordine αἰτ. λ., ubi Noster ad analog. in λανθ. cum μισ., cf. G. Th. v. *od.* — occlusum, — *occultum.*

ἀπηγγέλλετο) Scribo ἀπήγγελτο. *Steph.* qui clam iterum correxerit e P. plusqf., ubi per se cogitari potest confusio in finibus, sed tamen contra libros omnes tentandum nihil viderur, quia etiam alibi enallage temporum valet, et impf. pro plusq., ut Bg. hic retinet ipse tempus vulg., cf. 1, 9, 1. m., in-quo v. recte nemo haeret hic, nude illo posito et sine particula quadam transeundi, v. c. γὰρ, δὴ, οὖν, quae quippe saepius opprimuntur in demonstrando. In sq. διατρ. λ. variatur in praep. cum δ. ἐν τῇ Ῥ. 2, 14, 10. 3, 10, 3., in quam rem Sb. Ind. v. ἐπὶ, vertens hinc *Romae*, modo comparat ex Eutr. Met. 1, 8, 4. μηδένα ἐπὶ τῆς Ῥ. εἶναι, unde conficitur tantum enallage casus, secundi pro tertio, qua de alibi; nihil me reperiente, quam v. διατρ. cum pr. ἐπὶ et dat. rei, sed fere tropico sensu, ap. Stp. Th. 3, 1333. F. e. p. sq. C. Poss. Call. p. 313. 732. e. Rs. Or. Ind. Dem. et V. 4. formulam syn. διατριβὰς ποιεῖ-

τὸν ἐκείνου φόνον, ὅτι ἄρα εἶεν caedem, eos nimirum multa πολλὰ εἰς αὐτὸν ἀποσκώψαν- in ipſum fuiſſe cavillatos: τες. πεφύκασι δέ πως [h] εἶναι 4. natura autem quodam-

h) δὲ πῶς Par. cum Pat. v. N.

ἐθέλει ἐπὶ ἰατρεῖον, unde hic modo ſcribatur ad analog. Quod autem Ms. tollit comma poſt ἔτι, ut id adv. pertineat ad ſq. membrum demum, ubi et P. habet, ſaepe ille cum iſto Ms. conſpitans: primo arguit veterem in Codd. diſtinctionum abſentiam, deinde habet poſtpoſitam καὶ copulam, vel pro *etiam*. In Bg. Ms. nulla fuit diſtinctio, ſed tamen ordo vulg., qui ſit vel de induſtria ambigue factus a ſcriptore, in medium coniecto adv., intra que duas enunciationes, ne bis poneretur, vel ſimilis illi ſupra 2, 1, 16. e., ubi idem ἔτι in extremo membro erat, ſed Ms. idem tentabat. Ap. Noſtr. quidem cum v. πεφ illud adv. iungitur, v. c. 3, 2, 9. 3, 8, 5., ſed et abeſt, cf. 1, 5, 6. Tum ſolus Memmius animadvertit, pro τοῦ ὰδ. dediſſe P. „*vivo* adhuc *patre*“ qui in nomine perſ. commiſerit errorem, repertum mihi etiam in Vs. Lat. ed. Antwp., nec ſublatum in Vs. caſtigata ap. Stp., ſed recte a Bg., qui tamen e P. in ſq. membro καὶ μετὰ λ. ſervat particulam ſ. adv. comparandi ὁμοίως, (cf. 4, 2, 14. m.) per ſyn. Lat. *etiam*, niſi ſolam καὶ copulam iterum ſic duplici Lat. reddit, v. 4, 6, 7.

ὅτι ἄρα) Scommatum et dicteriorum valde impatiens Baſſianus; id quod apparet cum ex auctore noſtro 4, 6, 10. tum ex Capitolini Geta c. 6. (T. 1. p. 743. e.) ubi Helvii Pertinacis dictum altius in pectus Baſſiani deſcendit, ut poſtea nece Pertinacis eſt approbatum. Quam periculoſa ſint dicteria in potentes auctoribus ſuis, oſtendit Gruter. ad Tac. A. 5, 2. (extr.) Muret. V. L. 8, 16. *Leisn.*

Etiam in hac regione liber P. eſt, maxime in omiſſo ἄρα, cf. 2, 14, 9. et Excp. ap. Suid. 1, 233. e. ἔγνω γὰρ, ὅτι πολ. ἐς αὐτόν τε καὶ τὴν μητέρα ἀπέσκωψαν, contracta Noſtri periphraſi in ſimpl. verbi tempus.

πεφύκασι) Plane, ſicut de Antiochenſibus ſupra 2, 10, 14. annotaverat, v. quae Caſ. de Alexandrinis habet ad Athen. 4, 25. *Boecl.* Ex Iſocratis Areop. circa med. p. 199. apparet, tales homines facetos, ad irridendum faciles et promtos, ea aetate εὐφυεῖς appellatos, (cf. laud. ad 4, 7, 3.) ab veteribus autem Athenienſibus δυστυχεῖς putatos fuiſſe. De dicacitate Alexandrinorum Seneca ad Helv. c. 17. *itaque* loquax *et* ingenioſa *in* contumelias *praefectorum* provincia, *in qua etiam*, *qui vitarunt culpam*, *non effugerunt infamiam.* De dicteriis, ab Alexandrinis in Veſpaſianum iactis, v. Xiph. 66. p. 749. B. Suet. Veſp. c. 19. (ubi ed. Burm. 2, 254. Torrentius etiam ad Noſtr. reſpicit,) et ad h. l. Pitiſc. De dicacitate Alexandrinorum accipiunt quidam Ovid. Triſt. 1, 2, 80., de eadem Martial. 4. 42. Sed neſcio an Ovidius alias potius delicias reſpiciat, quam iocos Alexandrinorum, quando ait: *Non ut* Alexandri *claram* delatus *in* urbem *Delicias* videam *Nile* iocoſe *tuas.* Iocis non ſatis convenit v. *videre.* Nec nequitias Niliacas ex Martial. l. l. huc traxerim. Cantica Nili potiori forte iure ex III, 63, 4. huc advocarentur. Ap. Ovid. tamen deliciae Nili poſſunt eſſe pueri Alexandrini dicaces illi, facti que et eruditi ad ioca et ſcurrilitates gratas dominis, ideo que care emti. Hinc eoſdem Statius V, Silv. 5, 66. vocat Pharia de puppe loqua-

φιλοσκώμμονες [i], καὶ λέγειν εὐςόχως ὑπογραφὰς ἢ παιδιὰς [k], ἀποῤῥιπτοῦντες εἰς

modo sunt dicaces, facti que ad scite describendum et illudendum: iacientes multa in

i) Colon in Ms. Ba. k) Hoc comma in A. al. pro colo Stp. rel.

ces delicias. De his Barth. ad Stat. l. c. et quos multos ille citat p. 506. sq. Ad eorundem puerorum dicacitatem Statius etiam respicit II Silv. 1, 74. De Alexandrinis deliciis Quintil. 1, 2. ad Ovid. A. 2, 13, 7. p. 440. Aegyptiorum indolem describunt alii ap. Lloydum in Aegypt. *Leisn.* v. Cas. ad Athen. 4, 25. Simile de Syris in primis que Antiochenis narrat Herodian. 2, 10. *Strotb.*

De dicacitate Aegyptiorum et in primis Alexandrinorum, veteribus notata, cf. ad Dion. C. p. 1083., ubi sine Vs. locus Nostri profertur etiam, dante Bg. hic tantum Lat. ad φιλ. e P., qui δὲ pro γὰρ sumit, sed negligit particulam πως, cf. 3, 12, 2., qua de enclitica, per circumflexum in libris quondam scripta, alibi dictum, ut de v. πεφ. cum inf. supra, Thuc. Xen. Cyr. Plut. Krg., in quo, cum εἰν. et sq. λεγ. posito per analog., mutat Bg. v. φ. in subst. affinis merum abl., secus ac P., addito pron., quocum Stp. Th. 4, 265. D. m., sed in φιλ. sine Lat. Bg. et auctore, quem praeterea habui Luc., ad cuius Tim. laudat Barl. p. 205. nostrum locum, cf. Poll. *amans scommatum*, ut Suid. 3, 609. m. φιλοσκώμμονος, τὸ σκώπτειν φιλοῦντος, *qui* cavillationes *et* iocos *amat*, quod ad Nostr. referas, cogitato errore in litteris, φιλοσκώμμονες — φιλοῦντες.

λέγειν) i. e. describere alios et ludibrio habere ita, ut sentiant, se describi et ludibrio haberi, alios dicteriis ita petere, ut feriantur. Sic Alciphr. 3, 53. καὶ οὐκ ἠςόχησα, i. e. scopum meum attigi; perveni, quo tendebam; *non frustra fui*, (quod postr. ibi p. 399. e. in Bg. Vs. pro *nec aberravi*,) Aristaen. 1, 1. (i. l. 5.) de puella, ὁ Ἔρως ἐπαίδευσε τὴν ποθουμένην εὐςόχως ἐπιτοξεύειν ταῖς τῶν ὀμμάτων βολαῖς, *Cupido* edocuit *amatam* iaculari *telis* oculorum *felicibus*, (ut in Vs. ed. Pav. pro dextre, certo, oculorum coniectu, oculis ferire ita, ut consequaris, quod velis, movere amasium, amore incendere, et, quod Leisn. ad illum loc. iterum delerat, *feliciter* oculis *amorem venari.*) An ὑπογραφαὶ sunt *figurae* Suetonii in Vesp. c. 13. §. 1.? *Leisn.* Verbum λέγειν cohaeret cum πολλὰ inferius. Tum εὐςόχους, in accus. pluralis, malim, quod cohaereat cum ὑπογραφὰς, quod ipsum cum ἀποῤῥιπτοῦντες cohaerebit. Sunt autem ὑπογραφαὶ sic dicti *characterismi*, Schilderungen *der* Gemüthsarten *unter* erdichteten *Namen*, cuiusmodi morum et animorum quasi simulacra in fabulis scenicis repraesentantur. *Reisk.* Stephano in Thes. suspecta est h. l. vox ὑπογρ., quam interim Budaeum secutus *figuratum dictum et ridiculum* interpretatur. Varii utique sunt nominis ὑπογραφὴ sicuti verbi ὑπογράφειν significatus, quos docent Bud. et Stp. in quibus tamen unus est, quem apud hos frustra quaeres, cum vero diligenter observavit Cas. ad Strabon. l. 1. ad Athen. l. 12. ex quo optime, quae vis h. l. nomini ὑπογραφὴ insit, derivari potest. Nimirum ὑπογράφειν perinde ac ὑπαγορεύειν est *tecte ac obscure, non vero claris s. expressis verbis aliquid innuere.* Sic Diod. S. l. 19. dicit μεγάλας ὑπογραφόντων ἐλπίδας, similiter Polybius notante Cas. ἐλπίδας ὑπογράψας τῷ μειρακίῳ. Pari ratione Clearchus ap. Athen. l. 12. in fin. p. 553. utitur verbo προϋπογρά-

τοὺς ὑπερέχοντας πολλὰ [1], χαρίεντα μὲν αὐτοῖς δοκοῦντα, λυπηρὰ δὲ τοῖς σκωφθεῖσι.

optimates, quae festiva quidem ipsis videntur, molesta autem sunt iis, in quos di-

1) Ms. Bs. πολλὰ χαρ.

φαιν pro tacite innuere, sed v. Cas. et ad h. l. et ad Strab. p. 40. f. 67. Almelov. Hinc perspicuum est, ὑπογραφὰς h. l. esse tectas cavillationes et dicteria, s. eiusmodi sermones quibus obscure quis lacessitur. Cuiusmodi fuit *Germanici* cognomen, quod non nulli ita interpretabantur, quasi ob occisum fratrem *germanum* sic appellaretur. Simili ambiguitate etiam *Geticus Maximus* dictus est, quum et *Getas* s. Gothos levioribus praeliis vicisset, et fratrem *Getam* interemisset, v. Spartian. Carac. et ad eundem Cas. observat. *Stroth.*

Qui et in N. Cht. „suspectum est hoc vocabulum H. Steph., sed aliud substituere non audeo, (et ib. Ind.) ὑπ. *eine* satyrische *Schilderung*, — παιδ. ein *Scherz*“ sed Sch. „ὑπ. dicteria festiva, ὑπ. descriptiones (hoc unum ex Ind. Sb.) cavillandi animo dictas“ at ap. Suet. l. l. *causidicorum* figuras — *lenissime tulit* Cas. in N. „Herodianus, ut videtur ὑπογραφὰς l. 4. nominat, Suidas σκώμματα ῥητόρων, Graeci ὑπονοίας“ tum ap. Bud. C. 831, 27. „ὑπ. qua dictione Herodianus pro figurato dicto et ridiculo usus est l. 4.“ hinc sine Vs., et Srp. Th. „ὑπ. *fig. dictum et rid.* Bud. interpr. ex Herodi. l. 4. καὶ λεγ. — παιδ. Sed vereor ne mendose legatur ibi ὑπογραφὰς“ qui forsan cogitabat ἐπιγραφὰς e Vopisc. in Saturn. c. 7. T. 2. p. 718. e. *sunt enim* Aegyptii — *viri* ventosi, furibundi, iactantes, *iniuriosi*, atque adeo *varii*, liberi, *novarum* rerum *usque* ad *cantilenas* publicas *cupientes*, versificatores, *epigrammatarii*, ad quod postr. Cas. in N. 7. „qui versibus et epigrammatia enormi libertate in principes suos et magistratus ludant.“ Sed salva est utique lectio vulg. Nam primo ipse Stp. Th. tenet notionem, qua sit „descriptio primae manus et delineatio, rudis et crassa adumbratio“ in qua inest illa vis pt. ὑπὸ, quam et Stroth. attulit, ut in Lat. *sub*, quae via tamen deinde neglecta, ut in aliis, videtur, ut pro quavis descriptione et depictione poneretur, cf. Ind. Polb. et Poll. 7, 128., unde recte Rsk. interpretatus et Bg. e P. Verum deinde e contextu hic, et maxime e sqq., definietur notio magis, ut sit descriptio morum pravorum, vitiorum ac scelerum, qua quis tecte obscure que culpatur, quam notionem Bud. retinuit fere etiam L. Ern., eo que consilio Noster adiunxit rel. pro quadam interpretatione, ubi παιδιαὶ sane sunt species prioris, ioci mordaces, et dicteria ludicra s. ridicula, ab alia parte rem cogitante Nostro. Quae cum eiusmodi sint, ut per illa involucra atque integumenta tamen appareat et agnoscatur is, qui perstringitur: tum iis convenit adv. Nostri εὐσ., quod h. l. i. q. apte, personae que convenienter, nostratibus quoque *treffend*, (pro Ind. Stroth. „*fein*, *sinnreich*“) ex eodem tropo et iaculantium scopo, qua physica notione cf. ap. Ios. 2, 295. f. 5. l. 4. *certo ictu*, ut tropice ib. 1, 405. l. 6. *apposite*, ap. Luc. vero etiam de dictis 1, 26. l. 40. *directe*, et 3, 115. l. πρὸς τὸ ἐ. εἰρημένον, *apte*, quod Lat. cum Bg. tenet Stp. Th., sed sine auctore, cf. Ind. Sb. Luc. Diod. S. 1, 39. l. 41. cum Poll. 6, 205. *coniecturaliter*, iungente id Nostro ad analog. illam ap. Luc. cum v. λ., ubi Sch. „dicere *ioca*, εὐσ. *dextre* dicere *illusiones*“ dum id

τῶν μὲν γὰρ τοιούτων κνίζει [m] μάλιστα, ὅσα ἐλέγχει τῶν ἁμαρτημάτων τὴν ἀλήθειαν.

cuntur. Nam in hoc genere urunt maxime, quae arguunt delictorum veritatem.

m) Ms. Ba. *κνίζειν μαλ.* fed Ve. *κακίζειν μαλ.* v. N.

adv. opprimir P., e quo Bg. retinet formulam aliam et copulam iterum meram loco ἤ, pro *natura vero quodammodo funt dicaces, et proferunt* apte *defcriptiones* aut *dicteria*; dum licuit adeo e Lat. ufu cum Sch. fervare ad v. λεγ. feverum, quia habent *dicta* et *dicteria dicere*; quanquam v. λ. proprie non convenit cum fubft. ὑπ., fed iungitur et hie verbum duobus fubft., quorum uni tantum per fe aptum fit, et per analog. modo v. λ. cum utr. et forfan Lat. Per quae non opus eft ingenio Rsk., dum fenfus e vulg. exiftit bonus et idem, ac cum libris omnibus vetufta fervat quoque P. per libertatem tamen aliquam fuam, unde Bg. pauca, liber et ipfe in ordine adi. πολλ. et in v. σκ., ubi et Stp. Th. e P., pro *irrifis* f. *iis*, *qui* funt *irrifi*, cf. paff. ap. The. Ch. et Plut. Hs., fed in v. ἀποῤῥ. phyfico fenfu, praeter Suid. 1, 291. m., L. N. T. Ind. Hesd. The. Ch. Luc. D'Orv. Ch. et in criticam rem et confufionem Geop. ut in med. Orph., fed tropico Hom. cum Ael. V. h. at de dictis, ut h. l., praeter Suid. 1, 255. e., maxime ap. Ael. V. h. 12, 57. i. *πολλὰ καὶ βλάσφημα εἰς αὐτὸν ἀπεῤῥίπτουν*, *multa* et *acerba* in *eum* convicia *coniiciebant*, cf. Ind., ubi Bg. per fyn. e P., fed cum eo in χαρ., quod de fcommafi etiam v. ap. Cas. ad Ath. 2, 418. cf. ib. p. 4. e. Ind. Sb. et ej. Dion. H. T. 1. Ael. V. h. cum p. 372. N. 6. it. Luc. cum 2, 696. N. 30. it. 3, 359. N. 14. Dem. Xen. Cyr. M. S. et Ἀνβ. Diod. S. Plut. Hs. et Krg. Hom. cui add. Ἰλ. ά, 39. Ὀδ. γ΄, 58. ί, 231. Hesd. Call. Orph. Mus. Theogn. cum Suid. et Hes. fed in rem poëticam Ammon.

τῶν μὲν γὰρ) vellicant, exulcerant, aegritudinem afferunt. Simili metaphora *τὸ δάκνειν* Graecis, e. g. Chryf. Homil. in 2 Cor. 4, 13. *οὐδὲν οὕτω δάκνει τὴν ψυχὴν, ὡς ὄνειδος, οὐδὲν οὕτως τήκει* (f. *θήγει*, inftigat, *irritat*,) *τὴν ψυχὴν, ὡς σκώμματα.* Sic Cic. Tufc. 4. (Gs. Th. v. *mordeo* 3. 82.) *fi paupertas* momordit, *fi* ignominia *pupugit*. Τῶν ἁμ. τὴν ἀληθ. Apul. Mil. 10. p. 215. vocat *criminum veritatem*. Tac. A. 15, 68. (e.) afperis *facetiis* illufus, *quae*, ubi *multum* ex *vero* traxere, *acrem* fui *memoriam relinquunt*, quae fententia exemplis illuftratur ibi ab Intp. v. et ib. 5, 2. (e. *acerbae facetiae.*) Ea moleftiffime homines ferre folent, quae ipforum culpa contracta funt. *Leisn.* Venet. male *κακίζειν*. De iftius verbi poteftate v. Reines. Var. l. 3. p. 417. *Stroth.*

Quem Rein. locum etiam in m. Ox. laudarat Leisn., agens fuper h. l. etiam in Progr., ubi Bg. omittit e P. folitarium ftans iterum μὲν, deferens eundem in rel., per libertatem in pron. τῶν τοι., ubi fane tacite refpicitur fubft. aliquod omiffum, fed non neceffario illud a P. adiunctum *iocorum*, quafi pertineat ad pr. *παιδιᾶς*, dum latet in pr. adi. *πολλὰ* et *φιλοσκωμμ.* it. in v. v. *σκωφθ.* et *ἀποσκωψ.* fubft. affine *σκωμμάτων*, unde Leisn. in Ox. „*ea* dicteria *vel* maxime *pungunt*“ pro quibus fetvaffem *nam* talium *quidem*; poft P. illa addente Sch. in „*κν. pungunt* f. *mordent* inftar urticae“ fere ex Ind. Sb. „mordere, *pung.*“ et e Stp. Th. 2, 278. A. m., qui deinde hinc fine Vs., cf. Foef. p. 208. b. m. Hes. Suid. 1, 696. m. 2, 334. e. Palm. Ex. p. 806. m. Ind. Herdt. cum N. D'Orv. Ch.

πολλὰ τοίνυν αὐτὸν [n] ἐκείνων 5. Cum ergo varie ipsum σκωψάντων ἔς τε [o] τὴν τοῦ ἀ- cavillati fuissent etiam ob

n) Ms. Ba. ἐκείνων αὐτὸν σκωψ. v. N. o) In Ms. Ba. ἐς τὴν τ. ἀδ. abest τε, quod Stp. male habet. *Mart.* v. N.

Plut. Krg. Luc. sed in rem criticam et confusionem D'Arn. An. Cr. p. 205. i. cum Lyco. v. 608. Sed Mss. res primo communis est in coofusis iterum εἰ et αν, cf. 2, 12, 10., deinde peculiaris in Ms. Ve. vel e lapsu scribae, vel per glossam, ut Schol. Ar. Vesp. v. 1277. ἔχνισεν, ἀντὶ τοῦ ἐκάκισεν, ab h. l. tamen alienam, cui convenit potius Hesy. 2, 286. e. κν., λυπεῖ, quod per variationem i. q. phrasis pr. λυπηρά ἐστι, ad sensum recte explente P. pron. demonstr. ante ἐκ., sed libere iterum agente in sq. ἐλ., ubi ad analog. modo scribitur et in v. ἐλ. cum ἐλ. et in hoc cum ἀμ.

πολλὰ) Hoc adi. servans P., tamen deinde alia mutat, (et ex eo partim Sch. v. σκ. „quum *per* modum *cavilli* multa *in* eum *dixissent*") ut Bg. adi. id in adv., ex Apulei. ap. G. Th. in v. *cavill.* cum Gr. n., necessario quidem, dum Lat. non habent illum acc. cum suis v. v., et Gr. ille, ad aoalog. modo adiunctus a Nostro, (cf. Xen. Cyr. 5, 2, 18., et supra 2, 7, 4.) supplendo pr. κατὰ, pro adv. haberi potest. Sed Ms. alius ordo, in aliter locato pron. iterum, cf. 3, 8, 9. i., nihil laevitatem iuvans, modo pertinere videtur ad rectiooem, ut accus. sit propior suo v., nihil definiente P., qui et alterum pron. gen. oppressit cum Bg., ubi olim restituemus, cum, ut Gr., sic et Lat. addant, etsi per se minus necessarium, nisi quoad est in oppositis.

ἔς τε) Fortasse scripsit Herodi. ἔς τε ἄλλα καὶ τὴν τ. ἀδ. κν. *Steph.* Dele τε. Illi accumulati genitivi consequentiae efficiunt anacoluthum, etiam a Latiois frequentatum. Nam recta constructio postulabat ἐκεῖνοι σκώψαντες et καλοῦντες et χλευάζοντες et αὐτοὶ δοκοῦντες — tum recte sequitur ἠνάγκασαν. *Reisk.*

Copulam, etiam a P. oblique expressam, sed a Ms. eiectam, ut alibi, dedit Bg. non per meram illam Lat., sed e Stp. m. fere per voculam, qua innuitur additio quaedam, tacite in mente cogitatis aliis simul, quo redit illa Stp. emendatio Gr., etiam Vs. Lat. in m. P., ubi leoissima ratio sit, sumere τὰ pro Lat. *id que*, quo de alias, et comma figere post σκωψ., dum illa Stp. Gr. latent iam non modo in nostro hoc Lat., sed quoque in pr. πολλὰ, ad hanc sententiam, quia igitur tum multis modis ipsum illi riserant, tum etiam praecipue ob fratris caedem; vel, si πολλὰ ad sqq. videatur pertinere, et per subiecta quaedam exempla explicari, tum τὰ similiter retinebitur illo Bg. aut nostro sensu, immo et pro mera copula *que*, subintellecto adv. *praecipue*, et in primo membro v. σκ. ponetur modo cum acc. pers., sed in hoc membro etiam cum pr. ἐς, recte a Bg. intellecta pro διὰ, qua notione solennis est in verbis laudandi et vituperandi, quo et pertinet oostrum v. σκ., ubi Stp. Th. modo rectionem hanc tenet, non item illam Bg. praep. 3, 886. E. m., cf. tamen ib. 1, 1156. G. e. Bud. C. 1463, 16. L. Bos. Obs. M. p. 50. Vig. p. 573. i. cum N., quae inclinat potius pro κατὰ, ut Schw. L. N. T. p. 419. N., Abr. ad Aesch. 1, 663. m. it. Dl. Th. p. 795. e., ad Luc. 1, 581. N. 22. it. 2, 502. N. 38. cum Ind. v. εἰς e. et ib. cum ἐς quoque 1, 403. l. 61. Fi. ad Well. p. 364. i. Poss. Call. p. 490. 516. m. Ind. Thuc. in N. v.

δελφοῦ ἀναίρεσιν, καὶ τὴν πρεσβύτιν [p] Ἰοκάστην καλούντων [q], ἐκεῖνον δὲ [r] χλευαζόντων, ὅτι δὴ, μικρὸς ὢν, Ἀλέξανδρον καὶ Ἀχιλλέα, γενναιοτάτους

fratris caedem: ac ipſam quidem anum, Iocaſtam appellarent, illum autem irriderent, quod nimirum parvus homo Alexandrum et Achillem for-

p) πρεσβύτην A. al. cf. 4, 6, 6. q) Colon in Ms. Ba. r) Ms. Ba. ἐκ. δὲ πάλιν χλ. v. N.

οἷς, et Ael. V. h. ib. b. i. et v. σκ. ſed Rs. Or. V. 4. et Dem. v. εἰς Nr. 2., qui ignorat v. σκ., quo de add. 558, 21. per ſyn. praep. εἴς σε ἐπὶ τούτοις ἔσκωψεν, ut Dion. C. 1306, 18. ἀκούων γὰρ, ὅτι διαβάλλοιτο καὶ σκώπτοιτο παρ' αὐτῶν ἐπί τε τοῖς ἄλλοις, καὶ οὐχ ἥκιστα τῇ ἀδελφοκτονίᾳ, ὥρμησεν ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν.

τὴν πρεσβύτιν) quod ſcil., ut Iocaſta Oedipo filio, ita Iulia Antonino privigno nupta eſſet. *Memm.* Propter Antonini nuptias cum matre initas, perditiſſimae libidinis femina. *Oxon.* Cur Alexandrini Iuliam Dominam per ludibrium Iocaſtam nominarunt? De Iocaſta Creontis filia, Laii Thebanorum regis uxore, Oedipi matre, Diod. S. IV, 66. ſq. et alii haec narrant: Oedipum per imprudentiam matrem ſuam uxorem duxiſſe, duos que ex ea filios, Eteoclem et Polynicem, duas que natas, Antigonen et Ismenen, procreaſſe. Duos illos fratres, lite de regno et mox bello orto, mutuis vulneribus concidiſſe. Crediderim ergo, etiam Alexandrinis ſuſpicionem iniectam fuiſſe, quaſi Caracalla matris inceſtis amoribus implicaretur. Sic demum Iulia ſimillima Iocaſtae. Iocaſtae duo filii duae que filiae fuere. Itidem Iulia genuit Caracallam et Getam et duas Septimias, quas Severus dotatas maritis, Probo et Aetio, dedit, Spart. in Severo c. 8. Quatuor liberos Severi et Iuliae exhibet numus ap. Beger. p. 696. Iocaſta duos filios in concordiam redigere non potuit, Eteoclem et Polynicem. Aeque infeliciter res proceſſit Iuliae in reconciliando Caracalla cum Geta. Quodſi verum eſſet, Caracallam, mortuo Severo, matrimonio ſibi iunxiſſe Iuliam, ut ſunt aliqui, qui hanc ἀθεμιτογαμίαν exprobrent Iuliae: tum et hoc nomine ſimilis ea Iocaſta foret. Sed ſcommatum ſtudioſis ſatis eſſe potuit ad comparandam Iuliam cum Iocoſta, quod neutra filios diſcordes reconciliare potuit. *Leisn.* Scil. Iuliam matrem eius, qua cum in matrimonio vixiſſe eum, quemadmodum Oedipus cum Iocaſta, narrat Eutrop. 8, 11. *Stroth.*

Qui et in N. Chr. „Haec eſt Iulia, noverca Caracallae, quam eum in matrimonio habuiſſe Eutrop. narrat l. c. propterea que eam Iocaſtam dixerunt Alexandrini, quia haec quoque, licet inſcia, filium Oedipum maritum habuiſſe dicitur; hiſtoria eius notiſſima eſt, v. Suid. et Eur. Phoen.“ cf. Spart. in Sev. c. 10. p. 730. *intereſt ſcire*, quemadmodum *novercam* ſuam *Iuliam* uxorem *duxiſſe* dicatur. — *Quo audito, furor inconditus ad effectum criminis roboratus eſt, nuptias que eas celebravit,* rel. Matrem *enim — non* alio *dicenda* erat *nomine* — duxit *uxorem*, ad quae Cas. N. 4. „hoc ideo adiicit, quia re vera non mater, ſed noverca fuit.“ Hic quidem P. addidit ſtatim cum libertate alia „matrem *que* etiam *Iocaſtam* vulgo *appellarent*“ qua de cf. ad Dion. C. p. 1285. §. 85. et 1304.

καὶ μεγίστους ἥρωας, ἐμιμεῖτο [f], τοιαῦτά τινα παίζειν αὐτῶν δοκούντων, ὀλέθρια καὶ ἐπίβουλα κατ' αὐτῶν σκέψασθαι τὸν Ἀντωνῖνον ἠνάγκα-

tissimos et maximos heroas 6. imitaretur. Haec talia dum iocati illi sibi videntur, perniciem et insidias ipsis meditari Antoninum coëgerunt:

f) Hoc comma in A. 1. al. pro Stp. rel. colo aut puncto al.; v. N.

§. 97. „Iuliam laudat ubivis Dio et Herodianus. Sed Latini scriptores traduut, famosam adulteriis fuisse, et filium ad libidinem et incestum matrimonium induxisse, Spart. Car. c. 19. (immo 10.) et Sev. c. 21: (p. 635. m. *Bassianum* — qui *novercam*, matrem *quinimo*, — uxorem *duxit*,) Vict. Caes. 21, 3. Epit. 21; 6. Eutrop. 8, 11, 3. Oros. 7, 18. Eusebi Chron. Sed de incestu non praeterea rem dubitaveris" cf. ad Spart. in Sever. c. 18. p. 627. *uxorem* Iuliam *famosam* adulreriis *tenuit* Salm. N. 3. b. c., it. Exc. ad 2, 15, 7. c., ut tamen Noster, famam vulgarem iterum secutus, Alexandrinos ad incestum illum respexisse innuat, ubi et Bg. libere addit pron. et praeterea particulam μὲν, hauddubie ob sq. δὴ, qua in causa opprimitur illa saepe, cf. 3, 3, 10. 13., variante Nostro cum pr. v. σκ. hic per χλ., ubi Stp. Th. „irridentibus *ipsum*" partim e P., qui perimit sq. δὴ, dux idem Bg. in sq. addito subst. ἄνθρωπος, pro particip., cf. 3, 3, 5., non autem referens novitatem Ms. in addito iterum aliquo adv., quod, nec elapsum a vicinia, nec a rel. Mss. praebitum, arguit glossam, ut illud πάλιν, pro *rursus*, i. e. contra, acceptum, opponatur clarius, quam solum pron. ἐκειν., prioris membri nomini περιβ., quo panno assuto facile carebimus, cum iam, praeter pron. ἐκειν., diserta δὲ particula satis distinguat, etiam, si sumatur illa Mss. pro *iterum* si denuo, quasi praemissa membra pertineant ad cavillationes priorum temporum, ubi Caracalla adhuc Romae degebat, v. §. 3., sed hoc unum membrum referatur ad cavillationes, quas in Caracallam adhibuerint praesentem ap. se, ex actis que ab eo cap. toto pr. Sed ut Noster in prioribus membris non adiecerat tempus nec particulam, id indicantem, ita et in hoc omiserit, et, vel non monente Glossatore per πάλιν, lector aliquis attentus et memor prioris cap. potest colligere ipse, haec pertinere ad recentes cavillationes. Caeterum ap. Beg. 2, 694. sq. sunt in numis Iuliae Domnae tum quartus, ubi eius consecratio „per pavonem, Iunoniam avem, quae credebatur Augustarum animas in coelum deferre, (tum alius, hanc ad §. relatus, de) Iulia adultera."

τοιαῦτα) Quanquam tolerans ego numerum adhuc Bc. novae §., tamen modo separavi haec a prioribus commate, quia constructio est continua per eosdem gen. consq., et quia particula δὴ, νῦν, δὲ, alias in reditu ad priora solennis, saepe omittitur. Quod que supra voluit Rsk. anacoluthum, id non est necessarium, cum gen. consq. tales contineant notionem causae, a Bg. e P. propterea statim per particulas solennes expressam, quae adeo notio pro libertate et libidine a quovis scribente potest exprimi, sive per particulam causalem, v. c. ἐπεὶ, sive per participiorum aut nominativos aut gen. Sed Bg. hic quoque severior est, quam P., servatis etiam omnibus pron., aliter tamen, quam supra, versatus in τοι. τ., ubi ista Lat. iuncta G. Th. 709, 75. modo semel habet, sed

σαν, φύσει ὄντα ὀργίλον [t] καὶ φονικώτατον [u]. συμπανηγυρίσας [x] τοίνυν αὐτοῖς [y] καὶ συνεορτάσας, ὡς εἶδε πᾶσαν τὴν πόλιν πλήθους μεγίστου πεπληρωμένην [z] τῶν ἀπὸ πάσης περὶ αὐτὴν χώρας ἐκεῖ συνελ-

natura hominem iracundum
7. et valde sanguinarium. Cum itaque celebrasset cum ipsis festum, videns totam urbem multitudine maxima oppletam, hominibus ex omni vicina regione ibi congregatis;

t) ὀργῖλον A. Stp. rel. sed nostro accentu Par. al. v. N. u) φονικὸν Mss. tres, v. N. x) Haec συμπ. — συνεορτάσας in Par. 1. et Ox. 1. mendose absunt. y) Comma hic A. Stp. rel. delevimus cum Bs. 2. v. N. z) Hic comma erat in Bs. 1. cum Ox. v. N.

